

BIBLIOTECA
Centrală a „Astrel”

SIBIU

C. M.

67

.B.A.

C. M

67


Inv. 67

106/897.


Cartea acésta e scrisă
de mâna metropoli-
tului Alexandru Sterca
Șulutiu.

Sibiu 4 Iulie 1897.

Iosif Sterca, Șulutiu



1877
Carter's collection & series
the volume in the
Carter's collection
Philadelphia
April 1877
Joseph H. Carter, Philadelphia






BIBLIOTECA ASOCIATA
TRAIAN VUIA
SI ALTE. POP. ROM


LIBRARY OF THE
MUSEUM OF NATURAL HISTORY
LONDON



Handwritten text, possibly a signature or date, in dark ink, appearing to read "1880" and "S. L. ...".



[Faint, illegible handwritten text]



Introductio
in
Libros Sacros
N. Foederis.



Tertius ad §. 1.

In §. Matth. XXVII, 28., Hic enim est
"Sanguis meus, novi Testamenti."
Gall. III, 17., Hoc autem dico: quod
"olim sancitum a Deo in Christo
"quae post quadringentos et triginta
"ta annos facta est, sed non irrita
"ut aboleret promissionem." —
Hebr. VIII, 8., Ecce dies venient, dicit
"Dominus, et perficiam in domo
"Israël et domum Juda foedus
"novum." Ib. IX, 20., Dicens: hic est
"sanguis testamenti, quod mandavit
"dabit vobis Deus."

2 Cor. III, 14., Sed obesa sunt
"oculi eorum; hodieum enim id est
"velamen in visione Veteris testam
"menti manet."

In Obv. 2 Tim. III, 15, 16., Tu autem memento
"in his quae didicisti, et concredidisti
"habes, sciens a quo didiceris, et quod
"ab infantia sacras litteras nosse
"— Omnis Scriptura divinitus inspirata." — 2 Pet. III, 15, 16., Quam ad
"dum et dilectum nostrum fratrem Paulum
"— scripsit vobis, uti et in omnibus
"epistolis, — in quibus sunt quaedam
"difficilia intellecta, quae involuti et in
"pervertunt, ut et reliqua scriptura ad usum

Prolegomena.

§. 1. Nomina librorum.

Libri Christianorum sacri, qui post Christi in caelum ascensionem literis consignati sunt, iam ab aere antiquissimo nomine suo ueteris Graecum (Novi Testamenti) nuncupati sunt; - de nominatione sumta est Matth. XXVI, 28. Gal. III, 17. Hebr. VIII, 8. IX, 20. Nuncupantur autem ita, ut ab illis, quos V. Testamenti (2 Cor. III, 14) uocamus, distinguentur.

Sur autem ii, nomine Graecum imprimis, inter caetera eorumdem nomina, nuncupentur, - eo magis diligentia examinandum uideatur, quod non ab omnibus eo,

den modo latine reddatur, non
 nullis foedus, aliis testame-
tum preferrentibus, nec desunt
 qui testamenti significationem
 plane ineptam hoc loco esse p
 sent.

Et quidem vocabulum ברית
 in Versione Alexandrina, qua
 Christus et apostoli usi fuisset
 videntur, semper respondet
 Graeco ברית (B'rit), quod foe-
das denotat, seu pactum vel
 a singulis hominibus, vel a
 populis initum, saepius pro
 missionem quamdam certis fu
 conditionibus datam involv
 - quem sensum praecipue habet
 quom pactum solenni modo
 nitum et jure jurando confir
 matum fuerit. - Jam vero leg
 mus proavis gentis hebraicae

magnas alim promissiones cer-
 sub conditionibus a Deo fa-
 gas fuisse, ad totam eorum po-
 peritatem, et sensu latiori ad u-
 versum genus humanum per-
 ninentes; - promissiones has in
 legisatione a Deo per Moysen
 facta solenniter confirmatas,
 et cum in finem foedus cum po-
 pulo Israël, pactum fuisse. Ad
 hoc foedus Deus toto illo usque
 Christi tempora spatio pro-
 vocavit, illudque saepius ab Is-
 raelitis neglectum aut violatum
 summo rigore tuitus est. Ad
 illud etiam libri sacri hebraeorum,
 velut ad summam, semper respi-
 ciunt, et ipsa antiquissima de
 rectoribus hujus gentis historia
 hoc foedere cum vinculo, cum eo, quod
 Caeteris libris habetur, intime
 coniungitur.

His vestigiis et Christus a
 Apostoli infissentes, Religi-
 onem novam, a Christo instituta
 tam et mod per Apostolos pro-
 pagandam, ceu illarum promissio-
 num Dei foederisque cum populo
 Israël percussis summam et comple-
 mentum, esse docuerunt; de
 atque ritus antiquos hae foede-
 rae recte intelligi, qui aliopre-
 non nisi introductio et proportio
 tio hujus, qui modo secutus est
 editus spectandi forent.

Vos itaque foederis ad dex-
 gnandos libros sacros Christi-
 anorum apta est; - ita quidem
 ut qui Christianam Religionem ten-
 plectuntur Novi; qui vero ante
 elordium Religionis Christianae
 conscripti sunt, Veteris foedera
 appellarentur. Atque ita denoti-
 tatio haec Dei Natura nititur.

a Denominatio autem Tessamea,
 et primo aspectu minus proban-
 da et accurata videtur; - et Ver-
 bo Vulgata illud Hebraeorum
 תְּשָׁמָה (Tish), et Graecorum Θα-
 σμα, male in Latinum per tes-
 tamentum transfert ut in locis, ubi
 de testamento proprie fit dicto,
 seu iussis moribundi alicujus ex-
 pressis, sermo nec est, nec esse po-
 test. Unde inquirunt nonnulli vo-
 cabulum hoc de tiberis facris adhi-
 beri non posse.

Est facendum, vocabulum hoc
 in versione vulgata non signifi-
 care Extremam moribundi voluntatem
 vel iussa, sed pactum seu
 foedus et usum linguae vulgaris,
 quod apparet et Ez. xx. 6. ubi ar-
 ea foederis dicitur: area testamen-
 ti, et etab. vii. 8. "testamentum cir-
 cumisponis." Hinc et Augustinus,

ait: Testamentum in s. scripturis
 3. non solum dicitur, quod in
 3. valet nisi testatoribus mortuis
 3. sed omne pactum et placitum
 3. testamentum vocabant; nam ut
 3. aban et Jacob testamentum fecerunt,
 3. quod utique etiam inter vivos
 3. vos valeret.

Sed si vim foederis a deo cuius
 hominibus inditi, et promissionem
 eidem ad necesse assensius confes-
 deremus, nec altera notis teste-
 menti, ceu iussorum et rectorum
 mortuo testatore valentium, Re-
 ligious et libris Christianorum
 repugnat. Praecipue si foederis
 illud et promissa illius typis
 sensu accipiantur, tamquam
 bra et typus alterius foederis
 morte filii Dei spontanea ob-
 gnandi. Palsum Auctor Epistolae
 lae ad Hebraeos rem hanc tota

hoc modo contemplantur, et voci
 ipsi. Prædium significationem ipso
 sum extremorum moribundis sub
 iicit, dum IX, 15-18. ait: „Et pro
 spherea novi testamenti mediator
 est, ut morte intercedente in re
 demptionem earum prævaricati
 onum, quæ erant sub priori te
 stamento, repræmissionem acci
 pereant, qui vocati sunt, æternæ
 hæreditatis. Ubi enim testamen
 tum est, mors intercedat necesse
 est testatoris. Testamentum e
 nim in mortuis confirmatum est,
 Realioquin nondum valet, dum vi
 vant qui testatus est. Unde nec
 primum sine sanguine dedicat
 est. - Atque Christus etiam in
 hunc sensum hanc vocem ælij
 videtur, quem Eucharistiæ
 sacramentum inspicueret: „Hic
 est, inquit, sanguis meus, No
 vi testamenti: Matth. XXVI, 28. Mar.

XIV, 24. Luc. XII, 20. Atque idem
 vocabulum συνδύμιον etiam per τε-
 σταμεντον, notione foederis mi-
 nime exclusa, vero suo sensu et
 illaeso reddi potest.

Obs. Sacros auctores libris
 N. Foederis peculiare nomen
 dedisse, utpote quorum Collec-
 tio eo tempore nondum facta
 erat. Nomina δὲ αὐτῶν ἐστὶν
 ἐν τῷ ἑβραϊστῶν, quae 2 Tim. III, 16.
 commemorantur, sunt libri
 Foederis. At e 2 Pet. III, 15, 16
 et ex unanimitate Patrum primae
 Ecclesiae consensu intelligimus
 Scripta Apostolorum omni tempore
 scriptis V. Foederis aequiparata
 fuisse. Atque eadem tam
 V. quam N. T. Scripta, non
 do ob argumentum, quo so-
 lissima Revelationis nostrae
 Mysteria ac praecipua Divina
 Comprehendant, sed etiam ob

unam eorum origines et Aucto-
ritatem, quod inferius demonstra-
bimus, liberae Sacrae, Scripturae
sa Sacrae vocari solent; — vel et-
 am sine epitheto, pro excellentiam,
librae, Scripturae appellantes. —
 S. Hieronymus Bibliothecam
Sacram hos libros appellabat,
 hoc eni nomen, etsi rei expressen-
 dae minime ineptum, usa compro-
 batum non est. Majorem appro-
 bationem invenit nomen Biblia
 (βιβλία), vel Biblia Sacra, quod
 communiter S. Joanni Chryso-
 stomo attribuitur, sed ejus origo
 aliud, a temporibus Jesu Sirach,
 qui eo in Prologo utitur, repeten-
 da videtur.

§. 2. Pretium eorum.

Quantum sit pretium librorum
Sacrorum in genere, et in specie li-
brorum N. T. de quibus peculiari-
 ter nobis tractandum est, apparet —

1^o) et eorum Doctrina, quae per
 fecissimas de Deo et Veritatibus
 moralibus notiones complexitur
 quae sensibus humanis sublimi-
 oribus accommodatissima, omnium
 ejus desideria penitus satisfacit,
 imo de iis quoque edocet, quae
 philosophia semper in obscuro relin-
 quit, uti de Origine peccati, Inven-
 tionis etc. Quod si jam religio-
 ne nihil gravius homini esse
 potest, intelligitur, quanta debeatur
 horum librorum etiam Auctoritas et
 pretium, qui eam nobis tam perspicue
 et tam undique proponunt.

2^o) In iis cernimus fontes histo-
 ricos rei Christianae, de Vita, Doctrina
 et factis Jesu Christi, atque
 sanctae Ecclesiae delineamenta. Quae
 omnium ope Ecclesia fideliter conser-
 vata, disseminata et propagata
 fuerit; - quibusnam mediis

que usi fuerint discipuli Domini
 ad disseminandum Evangelium,
 ad formandam ejus Auctoritatem,
 ad confortandos bonos et ad terrefa-
 cendos salubriter malos.

170) Pistant nobis pressantissimi,
 eorum virtutum exemplar in Jesu,
 et praecipua singularium virtutum
 exempla in Apostolis aliisque
 scripturis probis, quorum fit mentio
 in his libris. Si verum est, quod
 ea moveant, exempla vero trahant,
 si virtutum exempla omnem exce-
 sionem removeant, quae strenuam
 virtutis et perfectionis studium im-
 pedire potest, - jam vel et hoc solo
 impite tanta libris nostris prodega-
 tiva conciliatur, quanta vis alse
 cuiusque libro et aequo competit.

180) Hoc premium porro augetur
 per acerrimum illum neminem, qui
 inter utrumque foedus intercedit;
 et quidem: -

a) ratione doctrinae, cujus prima quasi elementa in lege veteri traduntur, quae dein amplius deducta et novis quibusdam veritatibus aucta leguntur in prophetis - cujus vera summa et absoluta perfectio in scriptis N. T. constituitur, ita, ut doctrina religiosa et moralis in V. simul ac in N. T. tradita unam tantum, eamque completam Religionem a Deo revelatam constituat. Conf. Mat. V, 17. Ephes. II, 20-22.

b) Ratione Vaticiniorum, quae in V. T. adventus Messiae, eiusque tempus et characteres praediciuntur, et quarum completio in N. T. exhibetur. Rom. I, 2. Jo. V, 39, 46. Luc. XXIV, 44-46.

c) Ratione historicae tam populi hebraei, quam revelationis veteris, quippe quae non nisi e utroiusque foederis libris comple-

intelligitur. Hebr. I, 1, 2. Rom. VII,
15-24. Tit. I, 1-3.

350) Denique tantum est pretium
horum librorum et gravitas, quan-
tum et quanta est ipsa Religio
Christiana, quam Complectitur,
et ex qua est hujus cum cultu
generis humani nexus. Historia
nimis sepe, moralis hominum cultus
a nunquam eum perfectionis gra-
dia attingit, uti, postquam Religio
sua terris illata fuisset. Quae ad
modum et scientiae et Artes ple-
rumque apud gentes, quae hanc Re-
ligionem proficiuntur, florere; vel
ad minimum, gentes hae longe maio-
rem semper in eis progressum fe-
cere, quam, quod hujus lumine de-
ditur fuerunt.

Tertius. Ad a) Matth. V, 17. „Ne ju-
ratis, quod venerim solvere legem,
aut prophetas; - non veni solvere,
sed complere. - Eph. II, 20-22. „Ae,

2 edificati super fundamentum
 2 psalorum et prophetarum, et
 2 tunc lapide angulari ipso Iesu
 2 in quo omnis aedificatio compo-
 2 eta aedificata in templum sanctum
 2 etum in dominus; in quo et
 2 aedificati est; in habitaculum
 2 dei in spiritu.

Ad b) Rom. I, 2. Quod pronun-
 2 ciatum fuit per prophetas,
 2 in scripturis sacris. — Jo. 7, 37
 2 Investigate scripturas, — et
 2 sunt, quae testantur de me
 2 Ibid. 46. " Si enim crederetis, Moyses
 2 crederetis utique mihi, de me
 2 nim ille scripsit. — Luc. XIX, 46. " Quia oportet compleri omnia
 2 quae scripta sunt in lege Moyses
 2 et prophetis, et psalmis de
 2 Tunc aperuit eis mentem, ut
 2 intelligerent scripturas; et dixe-
 2 runt. Quia ita scriptum est, et
 2 ita oportebat Christum pati
 2 resurgere a mortuis, tertio die
 2 et predicari ei.

Ad c). Hebr. I, 1, 2. „Multifariam
 multifariam multisque modis olim
 Deus locutus patribus in propheta-
 tis, in extremo dierum horum locutus
 est nobis in filio, quem constituit
 haereditem omnium.“ — Rom. XVIII, 25-
 27. Ei vero qui potest vos confirmare,
 ore secundum evangelium meum
 et predicationem Iesu Christi, se-
 cundum revelationem mysterii tem-
 poribus aeternis abponit, mani-
 festasi vero nunc, et per scriptu-
 ras propheticas, secundum manda-
 tum aeterni Dei, in obedientiam fi-
 dei in omnes gentes nosi redditi;
 salis sapienti Deo per Iesum Chri-
 stum, cui gloria in saecula.“ — Tit. I.
 1-3. „Secundum fidem electorum
 Dei, et agnitionem veritatis, quod
 est secundum pietatem, in se vi-
 tae aeternae, quam appromissit
 haud mendax Deus ante tempora
 aeterna, manifestavit autem tem-
 poribus suis verbum suum.“

Obs. Etiam respectu practico
 summum est horum librorum
 tium et utilitas; - Sicut enim
 nobis in Jesu et esopofolio
 sanctissimos Doctores, qui
 sine sublimi, veritate, ad
 dissimulorum hominum Captum
 deducere, homines a pro
 diu; inveterati; abstrahere
 asperitissimis, quoslibet a
 objectionibus feliciter occu
 sent, adversarios suos ad
 lentium redigerent; Verbo,
 ritatem doctrinae suae
 victricem redderent, ut
 cunctis superior evaderet,
 tiz, ad partes christianas
 traherentur, qui animo ab
 tio profus, ab his alieni a
 dim; vitis dedit erant. In
 libris his futurus aliquando
 ligionis Doctor, cujus est
 dem populum et infantes in
 ligionis doctrina infatu

designat jivari poterit; qua si
 licet ratione profus rudes ho-
 mines et variis prejudiciis ca-
 pti erudiendi, et in genere, qua
 ratione Varii generis homines
 feliciter tractandi veniant. Quae
 re diligentius etiam libri hi con-
 siderandi sunt.

§. 3. Notio et Divisio Introd.

Cum igitur Libri N. T. tantis sint
 pretii et gravitatis, - quibusque
 in pretiosissimo Rivinae provi-
 dentiae dono tanta debeatur
 reverentia, - profecto plurimum
 nostra interest scire, a quibus
 auctoribus et qua aetate con-
 scripti sint, - an incorrupti
 ad nos pervenerint, - an fide-
 digni et quoniam Argumento
 auctoritas eorum non tantum
 humana sed etiam Rivina nita-
 ur, - quibusnam subsidio in

intelligi queant, - quae nam
 fuerint eorum fata in habitis
 tam interno quam externo,
 nec non quibusnam mediis
 variantibus, lectionibus in locis
 affectis genuina lectio de
 sui possit.

Tale Examen historicis-cri-
 cum Librorum N. T., ut recte
 aestimentur, tractentur et in-
 telligantur dicitur Introducere
in Libros N. T., - quae verum
 prout vel ea, quae omnibus
 libris sacris N. T. Communis
 - vel ea, quae cuilibet libro
 peculiaris sunt, complectitur,
 tenus etiam vel Generalis, vel
Specialis audit, atque ita in
 eas partes dividi potest. Lu-
 rum prior omnia illa pertra-
 bit, quae nos in medium pro-
 limus; - Posterior autem Sing-

eum librum seorsim ita conside-
 rabit, ut non modo Argumentu^m,
 sed Auctorem etiam, Aetatem, lo-
 cum, linguam, primos lectores,
 finem vel consilium, occasionem
 scribendi, atque adjuncta Cri-
 ticae examinet et exponat.

Obs. 1. Non deesse, qui aliter
 quam nos hanc disciplinam de-
 finiant et distinguant, prout
 scilicet quisque suo ingenio ab-
 undat. Auspiciam enim Introduti-
 onem generalem non eodem, quo
 nos, ambitu concipiunt ac ter-
 minant, sed sub ea omnia illa
 comprehendunt, quae Interpretem
 quoque modo in eruendo genuino
 eorum sensu iuvare possunt, cu-
 jusmodi s. 1. Notitiae praeviae,
 a) Geographia, Chronologia, Histo-
 ria Naturalis, b) Historia Populi
 Israelitici, earumque gentium

quas inter et Christianos
 duo aliqui intercessit. c) et
 chaeologia. - 2^o Studia sensu
 proprio subsidiaria, a) Con
 quibus linguae purae graecae
 et Hebraeo-graecae, diale
 rum isem Orientalium. b) Phi
 losophia linguae seu Gramm
 tica et Rhetorica, notio
 ticae, quae tam de sensu, quibus
 de verbis agit, quatenus h
 et authenticia et scopu, quod
 c) Hermeneutics. - 3^o Philo
 ca et critica disquisitione
 brorum N. T. quomodo
 Conservati, collecti, atque
 Codices, ^{et Editiones} et versiones ad nos
 transmissi fuerint. - Jam ve
 alibi monitum, commodius
 omnia ad diversas disciplina
 referri, quam in cumulo sub
 mine unius tantum aggrega
 Conf. Herm. nostr. §. 1. et §. 2. et §. 3. et §. 4.

Obs. 2. Utilitas hujus Discipli-
 nae, tum ex gravitate et pretio
 horum librorum, circa quos versa
 est (q. 2.), - tum etiam ex ingenti
 valore subsidiorum ad genuinam
 eorum interpretationem, quae
 haec disciplina suppeditat, adeo
 intelligitur, ut pluribus de
 hoc objecto agere, post ea quae
 in Hermeneutica vidimus, fore,
 superfluum nobis videatur, ni-
 si eandem etiam saepius recogno-
 scere velimus. Conf. praecipue Herm.
 Part. 1. §§. 10, 17. 24, I.

Obs. 3. cum hujus disciplinae eade-
 plane fata fuerint, quae Intro-
 ductionis in Libros V. I. id est hi-
 storiam quoque ejusdem Commodi-
 tas ad illam rejicimus, ne ean-
 dem rem inutiliter saepius repeta-
 mus. Adde ut hic solummodo me-
 liora opera ab eruditissimis viris

edite commemoranda essent
 sed quorum commemoratio
 nostris adiunctis fere omni-
 tilitate carere videtur.

Obj. 4. Et supra dictis haec
 disciplina ita dividatur, ut
 I^a parte seu generali, de hist
 oria et divina horum librorum
 auctoritate, de lingua eorum, fa-
 codicibus ac editionibus, versio-
 bus, et fuitica, — in II^a vero
 de singulis libris, uti Eva-
 gelio, actibus Apostolorum,
 Joannis Pauli et ad Hebraeos
 septem catholicis, et apocalyp-
 eodem plane ordine, quo sepe
 recepto usu consequatur, in
 tidem capitibus, quorum non
 la in plures articulos subdivi-
 dentur, majori facilitate, et
 speculativa gratia pertracta-
 turi sumus.


Introductionis

In Libros sacros N. J.

Pars I.

seu

Generalis.



Caput I.

De historica Librorum N. F. Auctoritate.

Articulus 1^{us}.

De Authentia Librorum N. F.

§. 4. Notio Authentiae.

Authenticus (γνήσιος) seu genuinus dicitur liber, qui vel eum habet auctorem, cui tribuitur, vel eo saltem tempore scriptus fuit, quo dicitur. - Authentico opponitur spurcius seu suppositivus.

Ut autem in quaestione prima eorum gravissima, de Authentia Librorum N. F. dite versemur, juvat breviter regulas sanae Criticae hae aperire praemittere. - Et quidem cetero praeterita duplicis generis argumenta pro Authentia aliquorum monumenti reperit, interna scilicet et externa. Illa ex libris ipsis

quorum Authentia quaeritur,
haec autem et testimoniis viris
fide dignorum circa Originem
Auctorem librorum petantur.

Priora tam Argumentum, quae
formam relate ad Auctoris Charac-
terem et historiam Considerant,
et sunt vel negativa, dum nihil
sive in Argumento, sive in filio
bri reperitur, quod Auctoris ca-
racteri aut historiae repugnet.
Positiva vero, dum his omnia
Sententia deprehenduntur.

Argumenta negativa interna
gatiuam possibilitatis; Conditio-
nem, - positiva vero verissimi-
de Authentia alieni, libri Con-
sionem inferrunt; - adeo, ut
gativa magis spuris rejiciantur
quam probandis genuinis insi-
viant; dum e contrario positiva
possibilitatem tantum ex veris

similitudinem, nequaquam vero veritatem important.

Quapropter necessaria adhuc sunt argumenta externa, seu testimoniorum virorum fide dignorum, qui scire poterant, an liber aliquis ab hoc vel ab illo auctore profectus sit. Cum autem testimonia externa proferre non possint factum, cui interea argumenta repugnarent, hinc apparet, utriusque generis argumenta ad cuiuslibet libri auctentiam demonstrandam requiri.

§. 5. Argumenta pro auctentia librorum N. S. interna.

Libros N. S. esse auctenticos docent I. Argumenta interna, seu ea quae in libris, eorumque Argumentis seorsum perita; utrumque enim si se consideremus, nihil in eo deprehenditur, quod sine characteri sine

historiae auctorum, quibus in-
 cursur, repugnaret; quin imo
 omnia his quam Optime convenire
 inveniantur. Et quidem -

Auctores, quod attinet, quorum
 nomina hi libri profertur, sunt

1^o) Omnes discipuli Christi im-
 diati vel mediati, omnes Nationes
 et religione Judaei, omnes ecclesiae
 Paulo literarum rudes, suisque
 in characteribus diversi, -

2^o) Primo Religionis Christianae
 et Monarchiae Romanae saeculo
 quo status civitatis et religio
 judaicae ad finem vergebat, vor-
 disse, ac libros hos scripsisse per-
 hibentur. - Jam vero -

A. In argumento et filo horum
 librorum longa et severa tra-
 ctulorum Crisi nihil detegi possit
 quod cum charactero et histori-
 auctorum, quorum nomina profertur

unt, repugnaret; id est, vel alios
 esse debere horum auctores quam
 apostolos eorumque discipulos, vel
 tardiore eorum origine, quam
 saeculum 1^{um} Regionis Christianae
 Monarchiae Romanae. Quae cumq;
 nim hucusque talia vel et argumen-
 ta vel et scilo producta sunt, ea cu
 auctoritate horum librorum Conciliari
 posse, jam dudum Viri docti, in Spe,
 Dukamel, Antonius Genuensis,
 Gardner, Less et Michælis, demon-
 strarunt. — Imo vero —

B. Argumentum et scilus horu
 librorum characteri et historiae Au-
 thorum, quibus tribuuntur, quan-
 tum de iis aliunde novimus, optime
 convenit. — Et quidem —

a) Quoad Characterem; scribi end
 fuerunt —

1. ab auctoribus septibus, ut a,
 unt, partim immediatis, partim
 edicatis, fautorum et doctrinae Jesu

Christi, usque discipulis. Ad primam loquitur tum Argumentis eorum, quod est Religio Christi primorum Christianorum, Amorem probationis omnis in re et factis, tum reverentia et Amore de Jesu ^{magistro} tamquam, et domus quo loquuntur, tum et actus ipsius consensus doctrinae in Actibus et epistolis contentae cum doctrina in Evangelio narrata, tum et nique stili, qui adjuncta loci temporis et personarum repraesentat.

2. Ab auctoribus Natione et Religione Judaeis. Ad quod lingua hebraeo-graeca, tum frequentes legendarum et parabolarum usque continua V. S. citatio, et allusio ad mores et consuetudines Judaeorum demonstrat. (Conf. quae de sermone et stilo dicuntur.)

3. Ab auctoribus indoctis, et ceteris

no Paulo. Ad probas simpli-
 simus narrandi probandique
 odus, qui singulis suis pro-
 priis simulque eruditionis et ar-
 tibus exers est. - Apud Paulum ve-
 eruditionis non levia indicia
 inspicuntur. Sic in epistolis ^{tri} / ^{qua Pau}
 untur, nunc profundis argu-
 mentis verum defendit, falsumq;
 refellit, nunc acute sciteque sol-
 vit difficultates quas auctor sibi
 proposuit, nunc verum ingenio
 comparationibus illustrat. Idem
 sermonibus, quos modo ad Ju-
 deos (Act. XIII, 16. & XXVIII.), modo
 ad gentiles (ib. XIV. 14 et), nunc ad
 propositos Christianarum Socie-
 tatum (ib. XIX, 18 sq.), nunc ad Phi-
 losophos (ib. XVII, 22 sq.), nunc ad
 Romanos praesides (ib. XXIV, XXV, 3/4)
 regemque Agrippam (ib. XXVI.) ha-

buit, sollicitè considerata A
 torum indole, tam erudite, et
 bere observatio decoris, humi
 tati, et prudentiæ regulis
 orat, ut in omnibus cernam
 circumstantiis, acris ingenii
 subtilis eruditissimi judicii splen
 dor, multiplicisque eruditio
 judaicae tam theologicæ quam
 philosophicæ peritiâ, et permix
 quo mundi hominumque Cogn
 itione imbutum. Atque eadē
 natione historia profana Pa
 lum, Gamalielii discipulum
 bis exhibet, ut non possim
 in epistolis, quæ Paulo tribu
 untur, non eundem Auctorem
 venire.

Similiter caeteri quoque in
 ptis suis tales Auctores se
 tendunt, quales et apostolos fuisse
 coeque, homines nempe indocto

nulla profana eruditione, aut lite-
 ratura scientos. Quin imo scriben-
 di indole eadem ratione ab invicem
 differunt, ac caractere. Quilibet
 enim librorum N. T. proprium Au-
 toris characterem, et nativum colo-
 rem profert. In Evangelio et Epi-
 stolis totus Joannes et apostolus spi-
 rat, qualem et reliquis Evangelii-
 stis actibus cognoscimus. Petrus ubi-
 que in Epistolis junctam cum summa
 humilitate auctoritatem exprimit.
 Idem de reliquis etiam scriptis dici
 potest. — Quod vero —

B) Historiam temporis horum Au-
 torum attinet, viderunt scripse-
 runtque primo Monarchia Romana
 aeculo, et ordo nascentis Ecclesiae
 et Judaismo jam ad finem vergente.
 1. Enim statum imperii Romani,
 de Palaestinae imprimis, jam Roma-
 nis subjectae et in tres provincias:
 Judaeam, Samariam et Galilaeam id-

vifae, una cum hujus Geographi
 ad minimas usque circumstantiis
 eodem prorsus modo describuntur
 quo ab aliis illius Historiogra-
 phis memorantur, et quo, ob subjecti
 Judaicae civitatis eludium, a con-
 vivis tantum describi poterat.

Praeterea vero statum illum non
 libi et instituto et plene, sed
 ariter et data solummodo occasio
 sparsimque et pluribus amissis
 adiunctis, quae coaevis lectoribus
 aliunde facti nota supponebantur
 describunt. In exemplum vero, gen-
 praeterea horum librorum anti-
 quitas manifesta redditur, affo-
 ri potest Descriptio hominum po-
 Augustum Imperata, familiaris
 Herodiana Continuae Muxasior
 et plura alia.

Atqui haec omnia ita enarravit
 ut cuius, vel leviter attendenti
 tum fit ea ab Auctoribus his refe-

quae vel viderunt vel audiverunt
ipsi, quaeque aliis seum viventi,
suis nota esse scirent.

2. In Evangelio Marthaei, Mar,
et Lucae Referruntur vaticinia
Christi de Urbis et templi edidio,
neque quidquam additur de eorum
contradictionum Complemento; id
quod argumento est, libros illos
nam illud edidit Conscriptos fuisse.

In Actibus et Apostolorum histo,
ria Pauli deducitur usque ad pri,
mum illius in Urbem Romanam ad,
ventum; quod probat librum hunc
iam ante Pauli e primis Arinuli,
olutionem fuisse editum; seu sermo
quod quoque in illo consignatum fu,
isset.

Acti et Pauli Epistolae aperse e,
andem probant et produunt Aucto,
ren ac aetatem, quum eadem speci,
alia referant, quae per Caetero,
um Scriptorum testimonia confirman,
ur.

Obs. 1. Argumentum internum
 fixum magis adhuc confirmatur
 per adjuncta historica de perso-
 narum et rerum circumstantiis
 individuis aliisque minutis, quae
 tam accurate scire non poterat
 nisi viri, qui res non a longinquo
 sed prope conspicerent. Imprimis
 Chronologica, geographica
 et topographica, quatenus et
 quomodo in sacris his libris
 memorantur, si cum iis, quae
 alii scriptoribus in eodem ob-
 jecto narrantur, conferramus.
 Rei gravitas nonnulla edempta
 in medium proferri postulat.

10) Quales in sacris his libris
 Pharisei et Sadducei descri-
 buntur, tales commemorantur
 etiam a Jos. Flavio et Philone
 in scriptis item Thalmudicis.
 Priores, resse Josepho, populo
 rogante dominabant, et frivola

fuis traditionibus legem Mosaicam
 corrumpabant. — Talia erant Judaeo-
 rum et Samaritanorum dissidia, qua
 lia in Evangelio Joannis IV. occur-
 runt. — Talis etiam populi Judaei,
 ei indoles iis temporibus apud pro-
 fanos Scriptores exhibetur, qua-
 lis in saeculis his libris dicitur;
 docilis quidem et facilis ad susci-
 piendam veritatem sed in ea constan-
 ter retinenda inflexibilis.

20) Quae circa politicam et religi-
 sam civitatem in *Ant. J. Commemo-*
 rantur, apprime saeculo 1^o conve-
 niunt. Haec enim aetate Judaea, par-
 tim ad insper provinciae Romanae
 per Praefules et Praesores ad-
 ministrabatur, partim Regibus,
 quos Romani Imperatores constitu-
 ebant, subiecta parebat. Hinc ve-
 ritalia et censum Romanis pen-
 debant; hinc etiam explicatur Capti-

osa quaesitis Iesu propofita, an-
 teneantur censum Solvere Caesa-
 rumpote quum recess adhuc in me-
 te Judaeorum libera prior eorum
 conditio resideret. (Matth. XXII,
 Marc. XII, 14. Luc. XX, 22). - Inde et

Luc. XIX, 12.

am parabola de rege peregre
 proficivente, ut Regnum acci-
 peret, et rursus revertente. - Hoc
 facit etiam, quod in Evangelio
 de templo hierosolymitano multi-
 ty abufibus contaminato legitur.
 Similia enim de gentibus Flor-
 tius Ep. libro 1. Memoret, ingre-
 ens: Argentarij, ad statuas Deo-
 rum ad pedes Jani, ad sedes Caesaris
 suas merfas usurae habuisse. Qu-
 ique abufum ipsi etiam Juda-
 imitati fuisse videntur, sed quo-
 tempore cum Romanis conversarentur.
 - Sic etiam parabola de reconci-
 latione Matth. V. 25. ostendit ju-
 detas Romanorum.

30) Etiam ad geographicis N. S. non minus quam ad topographicis Auchenbise librorum N. S. Argumentum auedit, quum maximus haec in parte inter eos et profanos Scriptores vel in minimis Consensus intercedat. Ita-

a) Joh. XIX, 3. Iesus fissus Pontio Pilato iudicandus. Iudaei ob rem Iesum imminuentem praetorium gentium, ne polluerentur, inire non audent; Pilatus igitur mori eorum cedens Iesum foras duci iubet, tum in locum, qui dicitur Ardo's prodos (v. 13), id est: lapidibus stratus, ibique pro tribunali sedet. Quae actio ita narratur, ac si Lithostratos palatio praetorio contiguus fuerit, aut ei falsum valde vicinus. Nam vero hoc ita plene fuisse constat e testimonio profanorum scriptorum. Area enim Lithostratos apud Iosephum pro-

pugnaculis templi contigua et
 habetur, occasione, qua Romanum
 templum hierosolymitanum ex
 parte arcis Antoniae obsidebatur.
 Praetor vero Pilatus palatium
 Herodis, quod Arci Antoniae
 contiguum erat, teste Philone in
 oratione ad Cayum inhabitabat.
 Hinc palatium Praetoris, et
 litostrotum in vicinia erant, at
 ita narratio Joannis Maximus
 vera, locorum contiguitate, reddi-
 tur, maxime, quum brevi post
 nos funditus eversa fuerit.

§9 Act. III. Petrus et Joannes
 quum templum ingressi preces
 persolaturi, ad portam templi
 venissent, quae speciosa dicebatur.
 Arrium a Nativitate claudum
 nasse dicuntur, populumque
 supra in porticu Salomonis deum
 - Jam vero, eodem Josepho test
 auctus ad portam speciosam est

a plaga Orientali, et ad eadem
partem etiam porticus Salomonis.

c) Marc. vi, 27. Herodes missus
e convivio Speculatore Caput Joan-
nis Baptistae adferri iussisse re-
fertur. — Est juxta Josephum, Jo-
annes Machaerunte tenebatur vin-
ctus. Quapropter convivium illud non
in Galilaea sed in Peraea fuisse de-
bit, quum perus impossibile fuis-
set, ut intra tam breve tempus
convivii e loco tam remoto Caput
Joannis apportaretur. Jam vero He-
rodes in h. Peraea unicum pala-
tium habebat, Herodianum dictum,
Machaerus vero palatio huic adeo
vicinum erat, ut Speculator intra bre-
ve illud tempus mandatum in effectum
deducere potuerit.

d) Luc. xlii, 1. segg. quum Jesus Jhi-
erichuntem ingressus esset, porti-
cus quidem Zachaeus nomine Syeomo-
rum descendisse dicitur, ut inter Ma-

simam hominum turbam Isurum
 praetereuntem videre posses. - *Idem*
 portitor bene hunc locum tenet
 montana enim est regio circa
 richuntem, balsamo olim feriss-
 sima, quo et incolae mercatus
 faciebant (Justinus XXXVII, 3).
 Certe igitur in hac regione portitor
 locatur, cui Vestigalia pendere debebat.

e) Act. VIII, 26. Gaza urbs mer-
 ratur, diciturque esse deserta. *Idem*
 urbs caepit, vastata et rursus
 suscitata fuit. Et Josephus enim
 patet, recte eo tempore eam des-
 statam ac vrusam fuisse, quia
 Iudaei a Romanis injuriam passi
 plures urbes, et inter Gazam
 quoque igne delivissent.

Atque haec circumstantiarum
 tiam minimarum in libro N. T. quae
 tarum congruentia cum iis, quae
 hoc puncto a scriptoribus profertur
 referuntur, non leve praebet as-

mentum pro Authentia librorum
N. Testamenti.

Obs. 2. sunt igitur Argumenta Authen-
ticitatis interna, quibus Critici
libros genuinos a supposititiis se-
cernunt, in libris N. T. ita inveni-
antur, ut vix in alio quocunque pro-
fano, — nemo profecto erit, qui veri
et fidei amore tenetur, qui natalis
horum librorum in dubium vocaret.

§. 6. Argumenta pro Authen-
tia librorum N. T. externa.

A. In genere.

Obs internis argumentis ad exter-
na progredimur, quae et testimonij
tam domesticorum seu Christianorum,
quam externorum sive haereticorum
sive gentilium Conficiuntur. An-
tequam vero ad diversa Antiquorum
testimonia defendamus, praemittit
tere jure testimonium, quod a tra-
ditione et fide publica desumitur.

Si Homerum credimus Auesonius,
 Iliadis, Virgilium et Aeneidos, quae
 traditio Constant, Virorum clarissimorum
 morum testimonio confirmata, testatur.
 Idem ergo Argumentum
 here debet etiam respectu librorum
 N. T. idque eo magis, quod testimo-
 nium hoc sit omnium Christianorum
 omnium temporum et locorum, qui
 unanimiter libros hos authenticos
 esse semper crediderunt. Haec testi-
 ficatio fidem publicam, continuam
 traditionem, ac prae solennissimam
 authenticam Argumentum compro-
 bendit.

Quum vero res tanti sit momenti
 operae pretium erit specialiter
 quae Virorum usque ad saeculum
 testimonia in medium proferre
 quorum fides quidam ipsa sae-
 culum scriptorum nomina citant, at
 vero, testus et illis absque nomina

imitatione, allegant. Quae si extra
 dubium collocata fuit, prudentis
 non est horum documentorum Authen-
 tiam in dubium vocare.

§. 4. B. In specie, a) Domesticorum.
 I. Testimonia saeculi I.

Et saeculo I. quo immediata tra-
 ditio vigeat, paucis quidem nobis
 supersunt monumenta, verum in his
 quoque licet paucis libros N. T. ci-
 tari deprehendimus. Eiusmodi vero
 testes habemus-

10) S. Clementem Romanum, Pau-
 li cooperatorem (Philipp. 17, 3), cuius
 epistolae essant Epistolae ad Corinthios,
 verisimiliter circa finem saeculi I.
 paratae. In earum prima Comme-
 moratur Pauli ipsius Epistola ad eos-
 dem Corinthios; multa prosera ad-
 tinguntur, similia illis, quae in Epi-
 stola ad Hebraeos, atque in Evangelij

Matthaei, Marci et Lucae leguntur, adeo ut Cruditi unanimes ter censeant, libros hos flementos cognitos fuisse.

20) Ignasium Antiochenum, qui Anno 106. sub Trajano Martyrium subiit, Septem Epistolarum Auctorem in qua una, ad Ephesios mentionem facit paulinae epistolae ad eundem Coetum missae, eosque vocat eundem Pauli oppurgatos, id est: hinc et Sarris initiatos, quum Ephesios ipse Paulus in Doctrina Christiana doceret.

30) Polycarpum, Joannis Apostoli discipulum et Episcopum Smyrnensem, de cuius scriptis Irenaeus testatur. In unica ejus, quae ad nos est, epistola ad Philippenses expressis verbis epistolae Paulinae ad Philippenses missae mentionem facit, his verbis: „Beatus Paulus

qui fuit apud vos, qui etiam absens
 scripsit vobis epistolas. — Item:
 non occidas super iracundiam ve-
 stram, quae verba apud Paulum in
 ad Ephesios, 14, 26. leguntur.

40) Herman, quem eundem putant
 eo qui Rom. 16. memoratur; — in
 eius opere, cui titulus. Paffor, plura
 loca occurrunt, quae certos nos red-
 dunt Herman s. Codicum inspexisse.

50) Papiam, coaevum s. Polycarpo,
 episcopum Hieropolitanum, de cuius
 opere: υγρανιωρ διοιωρ εγνωρις, qui
 hodie amplius non est, Eusebius
 multa loca adfert, quae authenticam
 evangeliorum Matthaei et Marci,
 epistolarum item primarum Petri
 et Joannis confirmant. Eusebio e-
 rit esse Papias sicut Marcum
 Petri fuisse interpretem, et quae
 memoriae mandaverit diligenter qui,
 non tamen servato narratio-
 nis ordine annotasse. — De Mattheo

vero subjungit, hebraico sermone divina scripsisse Oracula, nominatim epistolam 1am Petri Joannis commemorat. (Eus. Hist. Eccl. lib. III. cap. 39.).

§. 8. II. Testimonia Saeculi

Peges vero et Saeculo 2. pro authenticitate librorum N. T. longe plurimae adferri queunt; nobis autem sufficiat clariores saltem in medium producere, quique in diversis partibus eruditi in diversis etiam provinciis commorabantur. Hos inter emittit

10) Justinus Martyr et Philostorgius, qui in Apologia 1^a circa annum 163. de Evangelis, quae originem Antiochiae eorumque apostolicam habent, testatur libros Evangelistarum suo jam tempore in Conventiis Christianorum lectos fuisse, idque antiquae Consuetudine, sicut proprium traditum erat. Nominat praeter

alia etiam horum discipulorum o-
pera, quin ea, quae iam sunt, pluri-
bus exponat. — De Apocalypsi se-
quitur in dialogo cum Tryphone Ju-
deo, dum scribit: „Vir quidam ex
nosstris, cui nomen Ioannes, unus est
apostolorum Christi, in Revelatione fi-
de facta edidit eos, qui Christo no-
stro fidem habent, mille annos trans-
cururos in Hierosolymis:

20) Irenaeus Lugdunensis in Gallia
episcopus, Polycarpi discipulus, do-
ctrinarum omnium, Tertulliano teste,
 accuratissimus explorator, in libris
 quos adversus haereses conscripsit,
 frequentissime de IV. Evangelis lo-
 quitur, quae sola authentica appel-
 lantur, et actis Apostolorum argumen-
 tatur, et quosdam refellit et episto-
 lis Paulinis, quarum 12. allegat, omnes
 praeter illam ad Philemonem et
 ad Hebraeos. Refertur porro de authen-

sia 1^{ae} Petri, 1^o et 2^o Joannis,
 et Apocalypses. Item commemo-
 rat secundam Petri et Jacobi episto-
 lam, monensque fideles, ne obviis
 quosque libros legant, sed haec de-
 ces suos consulant magistros.

307 Athenagoras, Philosophus
 Atheniensis per Scholae Alexandri-
 nae Magister, qui circa annum 177
 opus sub titulo Scripsit: ἀποδείξις
 τοῦ ἰσχυρισμοῦ, ναὶ τοῦ ἀναστάσεως
 τοῦ νεκροῦ (de Christianis et resur-
 rectione Mortuorum), in quo quidem
 quum ad Gentiles loquatur, Nomina
 scriptorum N. T. non citat, sed
 veritates, quae in Evangelio con-
 tinentur, ita proponit, ut nemini
 dubium esse possit, ipsum has scrip-
 turas inspicisse. Assentientiam vero
 Epistolae 1^{ae} ad Cor. Sat. clare ex
 format, quod omnia Argumenta pro
 resurrectione Mortuorum et Cap. 15
 ad verbum depromat.

40) Clemens Alexandrinus, Ori-
 genis magister, qui veritatis causa
 pluribus peregrinationibus
 suscepit. Hic omnes N. T. libros ci-
 tat excepta Epistola ad Philemonem
 et 2^a Petri.

50) Gravios adhuc testis est pro au-
 thentia N. T. Tertullianus, Carthagi-
 nensis presbyter, qui circa finem 2^o,
 et initium 3^o saeculi vixit, et antiquis-
 simus est latinorum. Hic licet Monta-
 nista posteriore aetate factus sit,
 testimonium tamen illius pro Authentia
 N. T. quam adstruit, historicam fi-
 dem meretur. Commemorat transla-
 tionem quandam librorum sacrorum
 in linguam latinam, quam tamen
 necesse appellat. Apostolicam horum
 librorum Originem a 1^o saeculo us-
 que ad sua tempora deducit, impri-
 mis autem N. Evangelii libros contra
 Marcionem, ut et alios defendit.
 Item etiam fere omnes Epistolas no-
 mine tenus in variis libris commemorat.

§. 9. III. Testimonia saeculi 3ⁱⁱ.

Et saeculo III. nominasse sufficit
at duum viros celeberrimos, nemp

10) Origenem, ab ipsis etiam gen-
tilibus laudatum, qui de S. Scriptu-
ra summa suis Hexaplis aut Octapli-
sum commentariis Optime meritus
est. Catalogus librorum S. Scriptu-
rae, quem Aduit, essat apud Euse-
bium Hist. Eccl. Lib. VII. Cap. 25.
Et Hom. VII. in librum Iosuae sic lo-
quitur: „Sacerdotali — suba prin-
cipis suo Evangelio Matthaeus inere-
dit, Matheus quoque et Lucas su-
bis suis sacerdotalibus ceuenerunt
„ Petrus etiam duabus epistolarum
„ suarum personis subis, Iacobus
„ quoque et Iudasq. — Quod septimo
„ num si cum textu apud Eusebium
loco cit. et aliis pluribus conferratur
apparet, eos omnes libros N. T. pro
authenticis Origeni habitos fuisse
quos hodieum in fanone Sauro Eccl.
siae Catholicae legimus.

20) Eusebium Caesariensem, ac
curatum illum Antiquorum librorum
censorem, et Collectorem, quia omnia
Christianorum Scripta ad 3. Class.
refert, - et quidem -

a) ad 1^{am}, id est ὀρθόδοξα, seu Com-
muni Ecclesiae consensu recepta, quae
nominantur: IV. Evangelia, ceterae
apostolorum, 13. Epistolae Pauli, 1^a
Petri et 1^a Joannis.

b) ad 2^{am} Classem, id est ἀρτιόδοξα,
seu quae non ab omnibus quidem, a
plurimis suscipiuntur, uti sunt: Ep-
istola ad Hebraeos, Jacobi, 2^a Petri,
2^a et 3^a Joannis, Judae, et Apocaly-
psis. - Quae autem a plerisque reji-
ciuntur, nominantur: Historia Pauli,
Apocalypsi Petri, et alia, quae jam
hodie non nisi in fragmentis amplius
desunt.

c) ad 3^{am} denique libros aperte spu-
rios, quorum sive auctor obscurus vel
ignotus sit, sive genus dictionis ab a-

apostolicis, sive demum doctrina
 a fide catholica passim aberrat,
 qualia erant: Evangelium Petri, Tho-
 mae, Matthiae et; - et vult eos in
 commodum haereticorum falso nomine
 Apostolorum proeussos et editos fuisse.

Obs. 1. Mirandum non esse, libros
 aliquos esse potuisse, qui non
 fasim ab omnibus ceu apostolicis
 haberentur; - quia -

10) Quaedam ipsorum non ad for-
 munitatem integras sed ad priva-
 tata, tantum personae directae
 erant, uti Epistola 2^a et 3^a Joannis
 et ideo facile ab Ecclesiis nonnullis
 ignorari poterant.

20) Quia primis Ecclesiae Christi-
 anae saeculis non adeo facilis e-
 rat Communicatio inter Christianos,
 nos, ut nostris temporibus est.

30) Quia minus necessitas credenti-
 um erat ad S. Codices recurrendi, quam
 per qui ab orali Apostolorum, eorumque

Successorum inspectione toti de-
pendebant.

40) Livia in temporibus multa scri-
pta sub Apostolorum nominibus cir-
cumferrebat, quin Gemina ef-
sent. Inapropter rigor iste, et An-
tipitum vigilantia ad hoc Auctoritati
librorum sacrorum historicae non obest,
ut id Argumento potius sit, non Re-
mere qualiacunque scripta cum Apo-
stolica fuisse recepta. Namque dubi-
tationes ejusmodi feris disputatio-
nibus ansam produerunt, quibus pro-
ac; ad aliarum Mag; illustrium Ec-
clesiarum judicium auerserunt; - uti
Eusebio posterior aetas, libris his
(*Carduzopirois*) plene examinatis
atque pro Apostolicis ac divinis
agitis, uno ore suffragatus; id
quod videre est in Catalogi fonsi-
orum, Charbagin ex; III, Romani,
Constantinopolitani IV; ex; item in E-
thimoni; S. Patrum, uti: Etharpi ex.

Obs. 2. cōd testimonia domesticorum
 accedit etiam illud Verificum An-
 tiquissimarum, inter quas Syriacum
 et Latina; Verum potissimum Itala,
 eminent, quatenus in his omnes li-
 bri nostri sacri sine discrimine con-
 tinentur. De quibus autem mox
 inferius. - cōd Antiquissimam Aethi-
 opeam assurgunt etiam Aethiopiae
 et Goshica Alphitae.

Cusebinus praeterea in Is. xl.
 scribit; s. libros sermone Omni-
 um et Characteribus descriptos
 "nullam gentem lasere"; - jam verum
 fieri non potuisset, ut libri sup-
 positivi tamquam genuini tam
 in Oriente quam in Occidente ac-
 ceptarentur, uti libros nostros rec-
 ptos videmus.

§. 10. b) Externorum.

I. Haeticorum Testimonia.

Haetici Authentiam Librorum
 N. T. in genere non impugnarunt,

sed vel sensus ad sua sensa detor,
sunt, vel capita suis placis ad,
versantia corruerunt, quibus dein
sententias suas et dogmata probare
posset, vel denique Auctoritatem eo-
rum Argumentis, Dogmatis, tantum, et
apocryphis suis deducis, suspectam
reddere conabantur. Sic Ebionitae n^o
negabant Scripta Pauli et Lucae, sed
eos tantum, velut apocrypha, a Juda,
ismo, rejiciebant. - Etlogi a scriptis Jo-
annis, vides tantum abhorrebant, quod
Chiliasiae sua somnia et Apocalypsi de-
monstrarent.

Magnum itaque testimonij dome-
sticorum circa Authentiam horum li-
brorum et consensu haereticorum 90,
bur auct. - I^o) Tatianus, olim disci-
pulus Justinus M. prope in errorem
Generatitarum collapsus librum edidit,
quem, quia et IV. nostris Evangelis
compilavit, dia teodapov inscripsit,

equegium pro 17. Evangeliorum
 athenia testimonium. Dionysius
 de eo sic scribit: Tatianus e 17. E
 7 angelis composuit unum, quod dicitur
 7 Deo d'p'or appellavit. - S. Ephraim
 Syrus illud opus commentario illu
 stravit, - atque ita exorditur: In
 principio erat Verbum. - Theodoretus
 opus illud vidit, atque ita de eo
 testatur: Tatianus Evangelium in
 7 unum composuit, quod dicitur Deo d'p'or
 7 Compellavit. Omissit tñ ei illo Gene
 7 alogiam et alia, quae testantur
 7 sum secundum carnem et Davide
 7 ortum habere. - Evangelia igitur
 illa, et quibus Tatianus unum fecit
 erant eadem ipsa, quae temporibus
 Theodoretis in Christianorum manibus
 versabantur, id est, nostra.

20) Theodosius haereticus, cuius
 liber sub titulo: contra Valentini
 tantum in Epitome existat inter scri
 pta Clementis Alex. - In hoc vero li

bro jam Apostolorum Scripta no-
mine tenus citantur, jam seorsum
et eisdem proferuntur, adeo,
ut apostolicam eorum originem n-
possit n- agnoscere. In specie vero
allegat Epistolas ad Rom. 1 Cor. Gal.
Ephes. Coloss. et ad Philippenses sub
nomine Pauli et sub nomine Apostoli
Epistolam 1^{am} ad Tim. ita etiam sub
nomine Petri Epistolas ejus 1^{am};
et sub nomine Apostoli Aery Apo-
stolarum. Multa denique profert
et parabolis et sermonibus Christi
quae apud N. Evangelistas inveni-
untur, quos igitur eodem modo Authen-
tici agnovisse videtur.

30) Marcion, qui quum offendere-
tur, quod doctrina Christiana, pro-
ut eam sibi cogitasset, cum Judaicis
placitis Corrupteretur librum sub ti-
tulo: Antitheses vulgavit. Unde
etiam tria Evangelia Marcioni;

Marii et Joannis, tamquam
 dicitur rejecit, et solum Ev
 angelium Lucae retinuit atque
 et Epistolis Pauli 10, et sic
 liet illis ad Tim. et Tit. seu par
 foralibus, ut testis est Epiphanius

40) Denique Valentinus, ejus
 apocryphae, cujus fragmenta quaedam
 Dam et hominibus habentur apud
 Clementem Alex. lib. III. Strom. — In
 naeus lib. III. Cap. 11. adv. haer. se
 fecit Valentinum 11. nostra Evan
 gelia agnovisse, eumque carere,
 quod hic etiam nam aliud addidisse
 Refert. prosera, Valentinianus
 non solum in Evangeliiis et Aposto
 licis scriptis, verum etiam in legibus
 et prophetis. Argumenta Congruentia
 re, quibus errores suos stabiliret
 (lib. I. Cap. 3). E quibus patet, eum
 ut et reliquos procedentes, libros
 Sarg N. F. pro Auctentibus agnovisse

§. 11. II. Gentilium Testimonia.

Quin imo et gentiles nobis testes
 sunt omni exceptione maiores. Quod
 quos enim eorum christianam religio-
 nem impugnarunt, uti felsius, Por-
 phyrius, Julianus et, de s. librono
 auctoritas ne levisimum quidem du-
 bium movent, et si quam maxime eo-
 rum interfuisse et horum librorum fi-
 dem imminuere, si potuissent.

Et felsius quidem opus ediderat,
 cui titulus, dum cessares: agnoscis
 deos, cujus in nisi fragmenta quae-
 dam apud Origenem supersunt, qui
 illud refutavit. - In eo narrat fely,
 plures circumstantias de christi na-
 tivitatem, multa miracula, quod sei-
 licet claudis gressum, caecis visum,
 mortuis vitam restituerit, quod voce
 coelesti Dei filius declaratus, a Pro-
 tore Romano ad crucem damnatus, et

denuo inter vivos reversus sit. In
 scripturam proreca passionis pluri-
 bus commemorat, nimirum, quod
 Patrem rogasset, ut calicem a se
 transferret, quod acetum cum felle
 bibisset, quodque sanguis et lacer
 ippis profludisset. Porro meminit
 Terram in morte ippis contremuisse
 solem tenebris obvolutum fuisse
 3 Haec vero et alia, quae passionis
 3 historiam spectant, subjungit scriptura
 3 literis mandarunt discipuli Petrus
 et paulo post: 3 Haec omnia et verba
 3 scriptis desumpti. Tum vero
 dicit christolorum nomina non ad-
 jicit, indirecte tamen Matthaei et Lu-
 cae mentionem facit, scribendo: 3
 3 num horum Christi originem hunc
 3 nam a regibus Judae dedidisse, al-
 3 terum autem a primo homine. — Porro
 3 ro narrat: 3 Jesum e mortuis redire

vum vulnerum Desigia in suo Cor-
pore conservasse; - (quae Circumstan-
tia in solo Joanne Connotata habetur.
Denique in eodem opere scribit; ali-
quos vidisse ad Sepulcrum duos ange-
los, alios unum tantum; - et profe-
ro Mattheus et Marcus unius tan-
tam, Lucas vero et Joannes duorum
mentionem faciunt. Celsus hoc opus
nominat: Evangelium.

Porphyrius autem et Iulianus plu-
ra ex Scripturis proferrunt et re-
prehendunt, Authentiam vero nulli-
quam negant, Veritate haud dubie com-
pulsus.

Obs. Posito hoc librorum statu in-
terno et eterno, dum trasis refle-
ctit, Suppositionem Moraliter aut
critice impossibilem reperit. Incre-
duli, qui post tot saecula Consen-
dunt Libros N. T. Apostolicos esse
recentiores, eosque Saeculo II.º aut III.º

sub nominibus horum conscriptis
assertum sine certis argumentis
demonstrare deberent, nullum
hucusque, ne probabile quidem, in
hanc rem protulerunt, neque pro-
terfue hujus Suppositionis, vel au-
ctorem, vel tempus, vel modum
producere potuerunt. Nam -

a) Nemo Auctor Suppositionis
ostendi. Si enim unum fuisse dicitur
admitteandum esset, unum hominem
diversum, quo hi libri conscripti
sunt, stilum et characterem admodum
felici fraude imitari potuisse, -
unum hominem eandem Christi hi-
storiā quater, et cum apparenti-
bus Antilogis scribere, - et fingere
lari plane Consilio Lucam pro Pau-
lo, Marcum vero pro Petro sub-
stituisse. - Si plures; - consilium
eorum, nec ex argumento nec ex
la colligi potest; - Casum autem

fortuitum Argumentum et Spiritus
librorum ipsorum plane eludit.

b) Nequit declarari modus sup-
positionis, -

10) factae. Impositor enim, et parte
intellectus, magnum eruditionis appa-
ratum, ut tantum Opus moliretur,
- simulque defersum, ut majorem
artis speciem suo operi non tribuerit;
- et parte vero voluntatis, amorem
virtutis, et Religionis, quam suis
scriptis promoveret, - simulque fau-
dulentiam, qua totum Mundum de-
cipere nititur, - possidere debuisse.

20) Et a mundo non detectae; quum
enim libri, in quibus multae accu-
sationes, celeberrimis Coetibus parum
honorificae continentur, brevi tem-
pore pluribus in locis pro genuinis
recepti fuerint, admittendum foret,
universalem fuisse illis temporibus
Christianorum vel ruditatem, ut

veritatem inquirere & possent
vel torporem, ut eam inquirerent
lent.

c) Nequit denique hujus suppo-
sitionis tempus assignari. Id enim
si factum fuisset, contingere debe-
bat vel viventibus, et p. apostolis, vel
mortuis. Utrumque autem absur-
dum est. Nam -

1) Quis hoc tempore et p. apostolorum
ipsi docentibus, et Ecclesiae sum-
ma cura vigilantibus, tentasset
chus, si quis tentasset, num prof-
sabile est, ut et p. apostoli patentes
improbum impostorem eorum aucto-
ritate abusi? - Quod autem -

2) Hi libri, et p. apostolis jam mor-
tuis, conficti fuerint, obstant
cunctae circumstantiae, quae in
s. scriptura de his occurrunt, quae
post mutatum eorum verum statu-
tum cognosci amplius n. poterant.

- Obstat porro vigilantia Episcopo-
rum et ferox Christianorum; quos
modo enim adduci potuissent fideles,
ut crederent, se illos ab aërofoliis,
dum hi viverent, accepisse, eosque
hincum privatim et publice summa
cum Reverentia legisse. - Cœdit
Suppositionem dilatata jam magis
magisque Religione, Orisque Pietis
ac haeresibus, amplius contingere
non potuisse.

§. 12. Argumenta Contra Authen-
tiam.

Argumenta, quibus Authentiam
librorum nostrorum nostris præcipue
temporibus, negare ausi sunt præcipue,
e sunt negativa, eaque ut plurimum
Contra Argumenta nostra et seipsum,
nisi scriptorum Christianorum defuncta,
diriguntur; e quibus igitur graviora
saltem hic producemus, ut et his reli-
quorum quoque viz et valor Cognoscatur.
- Adjunt vero -

1^o) Veteres Christiani, fuisse homines nimium credulos, et nimis pro judicio occupatos.

2^o) Multa primis Christianis spurcia extitisse Evangelia et Scripta Apostolorum, quibus idem Patres, quorum testimonia in Confirmationem Authenticae librorum N. T. adducta sunt, falsis licet et suppositivis ut genuinis utebantur.

3^o) Patres, ea quo nobis videntur et Evangelis citata, et traditione citare potuisse. — est vero —

I^o) Primi Christiani nequaquam tam creduli erant, neque tam ceco Religionis amore ducebantur, ut proferrentur, quum a teneris vel in judaicas vel in ethnica Religione educati fuissent; — imo vero constat, primos Ecclesiae Doctores summam adhibuisse diligentiam in distinguendis veris et genuinis Scriptis a falsis et suppositivis, atque in hoc edamant

regulas sanae criticae fuisse secus,
 eos, (Conf. supra. §. 9.). Denique testi-
 monia Christianorum non sunt sola,
 sed testimoniis etiam externorum tam
 haeticorum quò gentilium confirmantur.

II.º) Mirum n̄ est, res gestas Christi
 et Apostolorum multorum scribendi
 studium commovisse, - atque inter ho-
 nonnullos haud accuratam narratio-
 nem instituisse. Verum, quum hi er-
 rores, ut ignorantiae actus a Christi-
 anis fuerint repudiati, magis adhuc
 verorum librorum authenticam probant.
 Et inde enim cognoscimus, quam cau-
 ti et diligentes fuerint Christiani il-
 lorum temporum in expendenda genui-
 na librorum origine, qui tunc sub Apo-
 stolorum nomine vulgabantur.

Isti vero ajunt Patres, sine discrimi-
 ne spurios cum veris libris recepisse,
 se, summam produunt ignorantiam, aut.

malitiam. Antiquissimi enim eorum
 uti Clemens Rom., Ignatius eq, nunquam
 meminerunt. Irenaeus vero, qui fal-
 sorum Evangeliorum meminit, asse-
 rit ea ab omnibus Ecclesiis esse repu-
 diata. Tertullianus, lib. IV. adv. Mari-
 onem, usus est Argumento proferri-
 tionis ad probandam IV. Evange-
 liorum Auctoritatem. Clement Alex.
 et Origenes citant quidem Evan-
 gelia apocrypha, sed et iidem Au-
 ctoribus probari potest, sola nostra
 IV. divina in Ecclesia Auctoritate
 valuisse.

Denique, notandum est, Scripta ille
 Apocrypha, quamvis a partibus dis-
 sentientibus Vulgata, Christi in
 Resurrectionem, ascensionem ac plura
 alia continere, quae nostrae Religi-
 onis fundamentum sunt, - hisque igi-
 tur testimoniis Librorum Nostrorum
 magis firmari, quam eorum Aucto-
 ritatem labefactari.

III^o) *Iesus qui a Patribus illis*
citantur, adeo edesse cum verbis eo,
angelorum conveniunt, ut sciamus
appareat, e quonam fonte profluerint.
Ex eo vero, quod Patres Evangelia in
semper expressis verbis citent, ni-
hil conficitur,

a) Enim ea erat Patrum illis tempo-
 3) *re consuetudo, imprimi autem quae*
ad fideles scribebant, quibus Evan-
gelia e frequenti lectione satis nota
erant. Quod non raro apud nos quoque
oratores sacri faciunt, imprimi quae
scelus aliqui Auditoribus adeo co-
gnitus est, ut jam fiant eum et eo,
angelis esse desumptum.

b) *Quia eterni etiam testes eodem*
modo testimonia proferunt, nulla
facta tibi, e quo defuncta sunt, men-
tionem. Nihilominus et idem etiam S.
Patres saepe sub nomine Apostolorum ci-
tant, aut illud seipsum additum repe-

rimus: ait Dominus in Evangelio,
- vel: Scriptura dicit, - vel: Sicut
scriptum est.

Articulus 2^{us}.

De Integritate Librorum N. T.

§. 13. Notio integritatis.

Probatam jam veram ac genuinam ho-
rum librorum originem, quæstio ori-
atur, an iidem etiam integri et incor-
rupti ad nos pervenerint, nec ne. -
Est autem integer seu incorruptus
liber, qui quoad substantiam ita
conservatus est, ut omnia conti-
neat, quæ olim continebat, dum
primum ab Auctore ederetur. - Et Con-
trario vero, studiosa Argumenti sub-
stantialis Mutatio Corruptio di-
citur, - a qua in minori momenti
mutatione, ac librorum Vitiis seu
Variantes lectiones, quæ inde nascun-
tur, maxime differunt.

§. 14. Argumenta pro Integritate
 et Librorum N. I.

Data hac integritatis alienius mo-
 menti notione, - difficile jam non
 est probare, libros N. I. integros
 ad nos pervenisse, seu quod idem est:
 nullam in eis, sive addendo, sive de-
 mendo, sive mutando aut interpolan-
 do, mutationem quoad substantiam
 factam fuisse.

Hoc assertum probant -

I. Argumenta interna, seu ipsum
 Argumentum librorum, quales hodie
 habemus. Historia enim pariter ac
 doctrina, quam in hodiernis nostris
 legimus, eadem omnino est, quam pri-
 mi Christiani ex suis exemplaribus no-
 verant ac descripsissent; - Certumque
 est Manuscripta Antiquissima, in Ar-
 gumento historiae ac doctrinae, cum
 posterioribus ita concordare, ut nul-
 la in rebus majoris momenti discre-
 pantia reperiantur.

II. Argumenta externa, seu etiam
 etus hodiernarum editionum Conser-
 jus -

a) cum Codicibus manuscriptis An-
 tiquissimis, uti cum Vaticano, Ale-
 xandrino, Cantabrigiensi, ceterisque
 omnibus patribus hinc ac deinceps Liv-
 sissimis.

b) Cum Antiquissimis Versionibus,
 quales sunt: Syriaca, Latina itala,
 aliaque.

c) Cum citis ac Commentariis
 S. Patrum Antiquissimorum et re-
 centiorum, uti Irenaei, Clementis
 Alex. Tertulliani, Origenis, Eusebii,
 Hieronymi, Chrysostomi, et reliquorum.
 Insuper constat, nullo in tempore Co-
 natu eorum, qui corruptionem asser-
 tarunt, repressos fuisse, uti Iuliani
 Paulum corrigentis (Eus. Hist. Eccl. lib.
 17.), Marcionis (Tertull. de prescript.
 36.), Arsemonis, aliorumque.

III. Ipsa impossibilitas universalis
 verae corruptionis. Nam -

70) Nequid offendi tempus illius.
 Ea enim contingere non potuit tempo-
 re Apostolorum, ob summam ipsorum
 vigilantiam, ac Christianorum Vere,
 rationem. tam erga ipsos Apostolos
 quam eorum libros. Quis etiam sibi
 persuadat, Apostolorum Scripta
 sub eorum oculis impune contaminari
 potuisse. —

Neque statim post mortem Aposto-
 lorum, adhuc enim recens erat Doctri-
 na eorum, et Autographa ipsa in Ecclē-
 sijs asservabantur, aut falsum Exempla-
 riā ab ipsis probata Apostolis. —

Neque etiam tardius, — quia ubique
 terrarum diffusa erat jam Religio, ac
 proin scriptum testimonium cum Orali
 doctrina amplius non consentiret.

Praeter superius versu allata, observa-
 tione de Vigilantia Praepositorum,
 cura Doctorum ac fidelium, qui s. Scri-
 pturam diurna nocturnaque manu reser-

sabant, - proterendus est in
 gens numerus exemplarium, tum in
 originali, tum etiam in aliis linguis
 Adeo ut, qui sine clamore, sine palam
 s. libri corrumpere ausus fuisset
 Omnes codices in Orbe dispersos,
 Omnes versiones, Omnes sedes, a Pa-
 tribus et Scriptoribus Ecclesiasticis
 citatos, omnesque eorum fomes-
 tarios pro manibus habere debe-
 rent, in quibus omnibus aequaliter
 fauerent Mutationes; - atque non
 nisi hoc modo fraudes suas univ-
 erso orbi, sine ullo timore earum in-
 cidio obscurare potuissent.

2) Nequit offendere Auctorem. Si
 enim libri vitiosi fuissent, id
 cum fuisset vel a Judaeis, vel a
 gentilibus, vel ab Heterodoxis, vel
 demique ab Orthodoxis; alii enim
 cogitari non possunt. - At vero
 Judaei sine dubio ea loca corrup-
 sissent, quae ipsis contraria sunt et

indecora, quod in minime factum
esse constat. - Et gentilibus autem
etiam fuisse aliquam corruptionem es-
simum probabile est, quod S. Volumina,
hinc per totum terrarum Orbem dis-
persa, plerumque in Christianorum
tantum manibus versata fuisse cogi-
tari debeat.

sed neque ab heterodoxis aut Ortho-
doxis similiter corruptio fieri po-
tuisset. Orthodoxi enim invigilabant,
ne ii ab heterodoxis contumpererentur,
et heterodoxi eodem modo. Inare a
utra parte corruptio fieri potuis-
set, quin ab altera statim observa-
retur et reprehenderetur.

Resse igitur S. Augustinum, in lib.
de utilitate credendi, Cap. 3., incredulis ac
haereticis sui temporis respondit, quem
dicit: Nihil mihi videtur ab eis impu-
dentius dici, vel ut mitius loquar, in

3 curiosis et imbecillis, quam de
 3 pta, esse corruptas, quum in
 3 nullis in tam recenti memoria et
 3 fiantibus exemplaribus possent
 3 convincere.

§. 15. Argumenta contra Integritatem e Variantibus.

Illud in videri nemini debet, quod non obstante speciali dei respectu Religionis Christianae providentia, atque maxima primitivorum Ecclesiarum, in conservandis integre scripturis, cura ac sollicitudine, — tertium librorum N. T. quoad variantes lectiones commanentem cum reliquis libris fore expertum fuisse. Neque enim sine continuo providentiae divinae miraculo evitari poterat, ne ulla lectionis Varietas deorsum tot saeculorum exoriret. Nullus quippe liber per XVIII. saecula

ante et post inventam artem
 typographicam, tot vicibus deseri-
 ptus aut impressus est; - de nullis
 tot commentarii evulgati, tot Ver-
 siones paratae; - nullus denique
 tanta curiositate, etiam quoad mini-
 mas variationes, etiam acutuum
 dissimilitudines, collatus est cum
 Codicibus, editionibus, versionibus,
 et citatis Patrum, quam Libri N. T.
 - Unde, ut promissum est, sine con-
 tinua miraculorum serie, quam
 nemo sanus a providentia divina
 expectabit, lectiones variantes
 evitari non poterant.

Nullum in eadem prejudicium
 contra substantialem horum libro-
 rum integritatem enasitur. Nam-

10) Variantes lectiones non in Re-
 bus sed in verbis consistunt, et nul-
 lesent, substantiam argumenti ad-
 tingunt. - eodē, quod si lectiones Va-

riantes ponderentur, non vero numerentur, ut par est, facile observabitur, eas vel mere grammaticas esse, vel sensum non mutare, vel circa adjuncta minoris momenti verbari, - sed plerasque adhibet Criticis Adminiculis tolli posse.

20) Neque alix se res habet in libris profanis, quorum integritatem ob variantium multitudinem nemo negare audeat.

30) Quin imo consensus Codicum omnium talis, qualis ad integritatem horum librorum a nonnullis postulatur, merito suspicionem elicitaret, sedum ad unicum tantum Codicem data opera esse costitutum seu potius depravatum. Quare rei Criticæ perit, adeo libri, etiam si Variantes lectiones suspectas non reddunt, ut potius lectionum Varietas confirmetur loca Ausonibus

et lectionis genuinae, spuriae vero
refutentur, ut omnes fictici agnoscantur.

40) Integritas denique, dogmatica
non minus ac historica non a verbis sed
eorum sensu dependet, neque et aliis
verbis alius semper habetur sensus.
Consensus autem criticorum testum
is in locis, in quibus Summa Religio
nis proponitur, certos nos reddit, Ver-
bum Dei internum mansisse sine ulla
omnino mutatione, eternum licet mu-
tationibus fuerit obnoxium.

Appendiculus 3^{us}

De fideidignitate librorum N. T.

§. 16. Notio fideidignitatis.

Exi authenticam et integritatem libro-
rum N. T. indubitata sit, — ea tamen
in demonstrationem Christianae Reli-
gionis produci non possunt, nisi et
de fideidignitate Auctorum yfford

seu de librorum humana saltem co-
 spectu auctoritate. — Ut autem aucto-
 quis fide dignus habeatur, juxta
 Criticæ regulas requiritur, et par-
 te intellectus Cognitio seu Scientia
 veri, et parte vero voluntatis; Sinc-
 ritas seu voluntas verum edicendi.
 — Judicio de Scientia et Sinceritate
 majus auctoris robur, si testimonium
 auctorum a se ipsis etiam extraneis
 confirmetur, atque a majori parte
 coævorum, qui veritatem indagare
 et voluerunt et potuerunt, accepit.

§. 17. Scriptorum N. T. Scientia.

Scriptoribus N. T. non defuisse
 cognitionem seu scientiam veritatis.

10) Et aetate et loco. Plures enim
 eorum erant coætantæ et domæstici
 oculati spectatores eorum quæ tra-
 dunt, et individui Christi socii, cupi-
 vitam et doctrinam scribant; — adeo

ut nulla ipsi defuerit occasio Veritatem dicorum factorumque Jesu Christi, quo fieri potuit modo, per, festissime Cognoscendi.

Paulus, ante suam Conversionem Hierosolymis degens, Jesu ac discipulorum ejus historiam et doctrinam procul dubio haud ignoravit, — quippe qui illos, legi, Mosaiam deo datus, lechali odio prosequeretur; — post conversionem autem et summo consilio doctrinam hausit, (Act. IX. Gal. II. 9.), et ab Apostolis collega agnositur.

Lucas autem et Marcus, quae Jesu fecit et docuit, a reliquis Apostolis, seu fidelissimis testibus didicerunt, atque hinc oculis, testibus aequiva, lent. — Lucas, Pauli comes, fontes, ex quibus hausit, in Evangelio, I. 1-3, refert, et etiam Apostolorum et propria

Experientia scribit (Act. XVI, 10y).
 Marus autem, Petri Comes, cum
 illo ac reliquis Apostolicis Verfabat,
 Sur (1 Petr. V, 13.).

20) Et gravitate rei, cui relicta
 avia Religione toto animo adhaere
 bant, - et imprimis ex Munere Reli
 gionis in toto Orbe annunciandae, co
 tra adversarios tuendae, et coram tri
 bunalibus defendendae, quod exige
 bat, ut exploratam illius Cognitio
 nem sibi compararent ac tenerent.

30) Et ingenio eorum Naturati, quo
 sibi historiae ac doctrinae, quam
 referunt, notitiam comparare pote
 rant. Quamvis enim Auctores Sacri
 ad legem Scholae eruditi non essent,
 homines tamen erant sanae mentis, sa
 norumque sensuum, - neque est ul
 lum historiae aut doctrinae in Scri
 ptura Sacra Caput, quod sana rati
 one sanisque sensibus acquiri non

posuisset. — Adde, quod a Christo
per triennium edocti, et post Chri-
sti ad Coelos ascensum per Spiritus
S. illustrati fuerint, antequam doctri-
nam vel opusculum praedicabant, vel
litteris consignarent.

40) Denique et eorundem characte-
re naturali et religioso, — quatenus
nec levi credulitate nec fanaticismo im-
pediebantur, quo minus Verum viderent,
aut enarrarent. —

Non primum, quatenus —

a) Nec qui facile credulus est, eo
adduci potest, ut credat se factum
aliquid vidisse quod factum non erat,
— et sermones audivisse, quos tunc
audivit. — Imo —

b) Discipuli Jesu pro charactere
Judaeorum magis increduli ac pesti-
nares dici possunt. Incredulitatem
hanc probat saepe, repetita querella

Iesu (Matth. XXVII, 14-20. Luc. XXIV, 20, 26), - Multum, ille labor, quo opus erat eos meliora docere, varisque iis adimere prejudicia (Luc. IX, 44-56), atque ea agendi illorum ratio, quam circa reditum Iesu a morte in vitam, sapienter licet prodicium obsecraverunt (Luc. XXIV, 11, 12. item 21-25. & 33-45. Joh. XX, 24-29). -

In specie a levi credulitate alienis, simul erat Paulus, vir summe eruditus, et acerrimus antea Christianorum persecutor. - Universum autem ea credendi difficultas affirmari debet de omnibus Judaeis, qui primo fidem Iesu negaverunt, ac postmodum nonnisi eventibus extraordinariis eo adduci potuerunt (Act. II. III.), siquidem testes de veritate historiae evangelicae sunt.

Sed neque secundò, Apostolorum notitia, fanatici suspitione in deo,

bium vocari potest. Ubique enim do-
 ctrina sublimis et simplex, cui nulla
 etiam celeberrimorum philosophorum
 placuisse comparari possunt, sermo,
 ne plano ac perspicuo traditur; - ubi
 bene reperitur naturalis ordo et de-
 bita confensio in referendis factis
 et doctrinis; - veritatem doctrinae
 suae idoneis argumentis comprobant,
 auditores et lectores ad tolerantiam,
 modestiam ac pacem graviter adhor-
 tantur (Rom. xv. & xix), plenam animi
 et vitae sanctimoniam ac imprimis
 universalem et magnanimum erga
 alios amorem commendant (Rom. xii.),
 et reverentiam ac obsequium erga
 magistratus inculcant (Rom. xiii. I. Tim. ii.).
 Denique ne minimum in charactere et
 proferentium deprehendimus fanatici
 vestigium. Scriptores sanctos novimus
 homines serios et humanos, fervidos
 et moderatos, fortes et patientes.

Ad tribunalia duci debitam modestiam
 positam reverentem exhibentes, ad
 propositas quaestiones respondent
 explicando religionis suae principia
 a falsas adversariorum accusa-
 tiones refellunt, et jam morituram
 serena mente, ardentibus precibus,
 pro suorum inimicorum salute
 Deum orant. Quae omnia cum
 animo fanatici rabie abrepto
 modo conciliari possunt.

§. 18. Scriptorum N. T. Sinceritas

Alteram testis fide digni proprie-
 tatem, quae est Sinceritas, in Scri-
 ptoribus N. T. evincunt -

10) Character Scriptorum Morali-
 ac religiosus protestantissimus, to-
 tus ad Dei gloriam hominumque Sa-
 lutem tendens, qualis est omnibus
 eorum sermonibus et actibus con-
 spiciendus est, et quo in specie omnem

fraudem et mendacium odio habe-
bunt (Eph. IV, 25. Col. III, 9. 1 Petr. II, 1).

20) Ingenua Confessio propriorum
errorum et imbecillitatum, a more de-
cipere cupientium maxime aliena (Matth.
XVII, 15-60. XXVIII, 1-4. Coll. Marc. IX, 37.
Matth. XXVI, 56, 60. Act. VIII, 3. Gal. II, 11).

- Et si qua de se bona memorant, eas
omnia ad Deum et Christum referant.

30) Argumentum Doctrinae, quam
litteris mandant, de Iesu crucifixo,
Iudaeis scandalo, gentilibus scultis-
titia, religioni, utrisque etosae; ad
quam igitur tam ore predicandam,
quam litteris consignandam Verita-
tis tantum convictio compellere eos
poterat. -

Credebat, quod de Iudaeis ac Genti-
libus narrant, quae utrisque non
satis honorifica sunt, uti de Pharisae-
is, Sadduceis, Pilato, Herode, aliisque.

Atque hæc, quæ scribunt discipu-
 li Christi, Magna Animo apud eos-
 dem Judæos et Gentiles prædicantur,
 coram tribunalibus fuerunt, et Con-
 stanti inter varios Multorum Anni-
 rum labores Sanctitate et morte Con-
 firmant, quod igitur testimonium
 non nisi ex propria Convictione de
 veritate oritur. Cum imo es Magna
 adhuc hoc testimonium valet, quod
 nihil sit, quod eos ad fallendum et
 mentiendum inducere posset, bene
 enim noverant, et prædicatione do-
 ctrinae Jesu Christi, nihil sibi aliud
 esse cõspiciendum, quam Consumeli-
 as, persecutiones, labores innume-
 ros, cruciatus, ac denique Mortem;
 quam, ut Veritati testimonium refer-
 rent, etiam intrepide subierunt.

40) Modus enarrandi et scribendi;
 ea enim simplicitas, is candor, ex

ea circumstantiarum descriptio
 in his libris invenitur, — ut nullus
 unquam scriptor res tam altas, tam
 stupendas, ad se ipsum aut ad perso-
 nas sibi conjunctissimas, stylo tam
 simplici exposuerit. Nulla est in his
 libris eloquentiae affectatio, nulla
 eorum, quae narrantur, elagratio;
 facta referruntur plane, nec quid,
 quam eorum adhibent, quibus judicium
 vel lectoris preoccupari posset. Inde
 videre est scriptoris hoc cuncta vige-
 nec narrare volentes, quemadmodum
 noverant, — ita Christi, ^{Supplicium} tradant et
 ignominiam, ut resurrectionem et a-
 scensionem, — eodem modo etiam divi-
 tra judicia, quae defacti, et dictis
 Jesu Christi ab adversariis profes-
 debantur. —

Et de, quod facta referrant cum
 omnibus circumstantiis loci, tempore,

ris et personarum, — quod viros
 et vires, animum et diem, quo fructus
 di, si qua adquisisset, detegendae appropria
 sumae fuissent, accurate eaque
 cum securitate describant, quae
 hominibus ingenuis, suaeque rei utilitati
 propria essentiales. Ita esse non
 narrant, qui decipere volunt.

50) Denique natura rerum, quae
 ab ipsis referuntur, omnem fraudis
 suspicionem remouet, et veritatem
 sinceritatem probat. — Prodicant enim
 eo loco, qui factus narratus theatrum
 fuerat, — tempore, quo reuersus ad
 huc earum rerum memoria vigebat,
 — et coram hominibus, quorum inter
 erat detegere et refellere falsitatem.
 Sic miracula enarrant, Hierosolymis
 in templo, vel alibi coram inueneris
 testibus, publice non occulte
 facta, et doctrinam eodem modo
 non in tenebris sed palam profusa.

Ego palam locutus sum, ait Jesus
 (Lc. XVIII, 20), ego semper docui in synagoga
 et in templo, quo omnes Iudei
 conveniunt, et in occulto locutus
 sum nihil. — Certe ausi non fuissent
 sacri scriptores, tam libere et aperte
 laseri, tamque fidenter affirmare
 ea, nisi ita acta fuissent, quum ab
 eis ipsis, seu, ad quos scribebant, Iudeis,
 dici convinci potuissent.

Si igitur character scriptorum, argu-
 mentum, narrandi modus, et stylus,
 si natura rerum ab ipsis librorum manda-
 tarum spectatus, nulla vel levissima
 falsi suspicio conici potest, — imo
 manifesta potius eorum sinceritas re-
 gari non potest, neque debet.

Obs. 1. Sinceritatem auctorum sacro-
 rum magis adhuc elato illo confu-
 sa inter narrationes N. T. et scrip-
 torum profanorum judaeorum et gen-

silium confirmari ac illustrari. Sed
 in exemplum, historiam Joannis
 Baptistae eodem modo ac prior, et
 Evangelistae, refert Jos. Flavius
 Ant. lib. XVIII, 4. Christiana et
 Religiones. ^{autorem} Ipsi Iesum Tauris, eto-
 nal. lib. XV, 44. narrat. - Judaeos
 eo plane tempore Messiae adven-
 tum expectasse, atque hae de re
 ad rebellandum contra Romanos
 commotos fuisse narret Suetonius
 in Vespasiano, Cap. IV. - Idem in
 Vita Claudii refert, Judaeos, hoc
 imperante, ad concitatos sumatosque
 omnes Roma pulsos fuisse (Ant. lib.
 XVIII, 2). - Sub ejusdem imperio
 quam famem et annonae carissimam
 per totam Judaeam grassatam
 fuisse (Ant. lib. XX, 18), confirmat hi-
 storia a Jos. Flavio relatata, Ant.
 lib. XX, 2. 5. - Idem in exarranda He-

rodii, Agrippae morte, Ant. Lib. 1.
 118, 7. Bene consentit cum Luca
 Act. XII. —

Posteriorum Scriptorum, qui Substan-
 tiam Historiae Christi, ac proinde
 Scriptorum Sacrorum Auctoritatem
 saltem in hac parte confirmant, s.
 Chalcidius, Macrobius, Lucianus, de
 morte peregrini, Philostratus, Fel-
 jus, Porphyrius, et alii.

Obv. 2. Collectis his viribus artificibus
 evidens est, librum N. T. non modo
 Authenticum, et integrum, verum etiam
 ab Auctoribus fide dignis Conscriptum
 esse, adeo ut plenam mereantur hi-
 storiam fidem et Auctoritatem. — An,
 quoniam dum vero jam sequitur, an
 ne his ipsis Superior etiam aliqua Au-
 thoritas, et Major humana Conveniat,
 nec ne, — et quoniam sint in specie
 ii libri, quibus illa Conveniret; — id
 quod sequenti Capiti Argumentum
 erit.

Caput II.

De divina librorum N. T. Auctoritate
sive
de Inspiratione et fanoze eorum.

Articulus Ius

De Inspiratione librorum N. T.

§. 19. Inspirationis notio.

Inaenam sit Inspirationis notio, et
Majori Momenti Quaestio esse videtur
huc, quo alii latius, alii vero strictius
ut eam accipiant. Optime autem huius
quaestioni Consultum iri existimamus,
si ad usum loquendi Antiquorum
Patrum recurramus, quod si
quidnam Scriptores primorum Saeculorum
Eclesiasticae sub hac voce
intelleverint.

Vocant autem hi, scripturam
veram absque ulla inter substantiam
aliam et accidentia, inter doctrinam
aut historiam discrimine: Oraculum
Spiritus, s. effata Dei, littera facta

ae Divinae, - idque non ob argumen-
tum tantum divinitus Revelatum, quod
in libris utriusque foederis continetur,
sed ob divinam etiam Originem
quae eis debetur. Credebant enim
Deum singulari plane ac extraordi-
nario seu Supernaturali modo ad
clarandam S. Scripturam concurrere,
scilicet, - seu quod idem est, Super-
naturali Divinis inflatu esse con-
fessum.

Hae Patrum vero testimonia
si conferamus, una est vox, unaque
persuasio, quamquam, si certum
Supernaturalis huius Concursus
modum statuerent velint, in Diversas
abierunt sententias. Est igitur
Inspirationis secundum sensum S. Pa-
trum generatim: Supernaturalis
Divini Concursus ad clarandam S. Scri-
pturam. Etque conformis est hoc
Inspirationis notio e S. Patribus
deducta ut, quae Divus Paulus de 2 Tim. III, 16.
V. S. affirmat, dum ait: *ἀσαρραγῶν*

θεόπνευτος, id est: ex ore prophetarum
 θεῶν, בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ (in Spiritu Dei)
 - tum effatus Concilii Trid. Sess. 11.
 quibus libri utriusque Foederis
 sacri seu canonici vocantur, et
 quod Deum habeant auctorem.

Dum vero specialis ille ac super
 naturalis Dei concursus ulserit
 determinandus venit, - Theologi
 non in uno eodemque Notarum
 vero Confitentur, alii plus, alii
 minus hac in re statuentes.

Nos autem specialem hunc Dei
 Concursum ad clarandam scriptu-
 ram Sacram ita determinamus,
 ut in duplicem Concursum divinitus
 in intellectum et Voluntatem
 potius importet. - Prior efficit,
 s. auctores, (sive Materiam ipsam
 revelationem divinam manifestam
 fuerit sive aliunde nota,) in scri-
 bendo fallerentur, sed omnia in
 adiunctis efferrent, prout Veritas
 et scopus exigebat; - id est, ne qui

omitterent, aut quod scribendum
 non erat, scriberent. — Posterior
 autem Confessio in elicitatione in-
 terna, qua Deus s. Scriptores ad
 scribendum efficaciter movet. Nec
 obstat, quod ii aliquando pro da-
 ta occasione, vel exigentibus certis
 rerum aut personarum circumstan-
 tiis, vel etiam ab aliis rogati scri-
 pta ediderint. Postulationis enim
 huiusmodi ex circumstantiis divi-
 nam operationem nequaquam cele-
 dunt, quin insuper auctori mo-
 tiva scribendi suggerere possunt.
 Utrumque conjungit S. Clemen^s A.
 lib. dum de Evangelio Joannis ita
 scribit: „ Ipse divino Spiritu affla-
 tus, Evangelium suum, familia-
 rium suorum rogatu scripsit; apud
 Euseb. Hist. Eccl. lib. VI. Cap. 24.

Obv. Et hae Inspirationis notis,
 ne ac expositione patet, inspi-
 rationem divinam esse a Revela-

sione, quae sensu seriore
 sumta est, variata; primum
 cognitae divinitus, facta man
 festatio. - Haec autem, licet
 saepe conjuncta sit cum insp
 ratione, scriptoribus, in factu
 non semper fuit necessaria, -
 neque ipsi scriptores, sacri, ut
 fidem sibi conciliarent, sem
 per ad novam verum revelat
 orem recurrunt, sed alios a
 signant vias, quibus illud
 quo scribunt, didicerunt. Comp
 Luc. I. 1. 1. Cor. I. 1. - Inspiratio
 vero semper fuit necessaria, -
 1) ne in scribendo aut falli
 rent aut fallerentur, quam ho
 minum memoria fallibilis sit (1
 Cor. 2b). -

2) Ut inter dicta laeva, In
 delectum facere sicut Ps. 100, 30,

3) Ut quod scribebant, in
 adjunctis scriberent, prout Ver
 13 et Geop. edigebat.

§. 20. Inspirationis Possibi-
litatis.

Si quaesitio moveatur circa
hujusmodi inspirationis, qualem
Superius (§. 19) definitivimus, possi-
bilitatem, - breviter respondisse
sufficiat in illius Conceptu, tunc nihil
viri quod repugaret (in non, sui
Contradictionem involveret). Nam,
neque ex parte Dei, neque ex par-
te hominum aliquid obstat, quo-
minus Deus saltem Concursum prae-
stare, - et homo recipere possit,
(Possibilitatem inspirationis realis).
An autem dignum sit Deus ejus-
modi modis uti ad hominum instru-
ctionem, - et an homini sit illud
cogitandum, quis dubitet? est e-
nim Dei influxus, seu Supernas-
turalis Dei Concursus ad Scri-
pturam Sacram clarandam Omne
propterea dubium Omneque erroris
periculum a Scriptura removebit,
- eamque dignum Revelationis

fontem efficit, nulla erroris
admissione contaminatum (Co-
sibilitas Inspirationis moralis)

§. 21. Inspirationis Realis

Scripturam S. N. T. divinam
esse inspiratam constat -

I. Et Scriptura ipsa; in qua
legimus Christum, quum e his
terræ discessurus esset, Apo-
stolis suis ceu Verbi divini pro-
curatoribus Spiritum Sanctum promi-
sisse, qui suas agens voces
annuncianda ac dilucidanda

doctrina assisteret. Alium Para-
clitum dabit vobis, ut man-
eat vobis cum in Aeternum; Ut
cognoscatur eum (Spiritum Veri-
tatis), quia in vobis erit et in
vobis manebit; (Jo. XIV, 16); -

omnia suggereret ac in memori-
am revocaret, quod Iesus dixerat
Paracletum autem, Spiritum S., quem
mittet Pater in nomine meo,
ille vos docebit omnia et sug-
geret vobis omnia; (ib. v. 26);

— adeo, ut non deberent anxie
 cogitare, quid aut quomodo lo-
 querentur, a Spiritu S. acceptum
 quid dicere aut predicare deberent.
 Dabitur vobis in hora illa, quid
 loquamini; non enim vos estis
 qui loquimini, sed Spiritus Patris
 vestri, qui loquitur in vobis,
 (Matth. X, 19). — et apostolus vero Pau-
 lus, qui, quum Iesus has promif-
 siones discipulis suis faceret, con-
 versus nondum erat, doctrinam su-
 am et superiori revelatione habuit,
 ut ipse Gal. I, 11, 12. 1 Cor. II, 13. 2 Cor.
 XIII, 3. 1 Theff. II, 13. testatur.

Sed vero, si Paracletus, Spiritus S.
 a Christo promissus ac datus, apud
 populos manebat et in ipis erat, dum
 Evangelium Orali voce annuntiarent,
 — quis sibi persuadeat, eodem divi-
 no afluente destituto, fuisse, dum ean-
 dem doctrinam literis mandarent? Non
 ne potius, et eo, quod Spiritus S. eis ad-

scierit loquentibus, legitime
 Concludi potest, eodum etiam in
 scribendo eodem perfidio fuisse
 munitos. Facilius enim errata
 corriguntur, quae loquentes
 committimus, quam quae scriptis
 consignata sunt. - Christum
 proinde necesse fuisse credimus
 Scripta et Apostolorum omnibus
 venturis saeculis fontem fore
 doctrinae suae, et quae conti-
 nuam eius predicationem per
 omnes generationes; - unde non
 minori cura ac perfidio opus ha-
 bere videntur ac orales vivaque
 institutio. - Videmus itaque Scri-
 ptorum N. T. inspirationem et
 ipsius Iesu Christi effectus optime
 inferri posse.

Quod autem Inspirationem
 librorum a Marco et Luca confes-
 sorum attinet, qui eodem modo in-
 medietate Christi discipuli et erant,
 - ea etiam unico argumento, quod

Petri et Pauli comites fuerit,
 non facti demonstratur; - quapropter
 aliud probandi genus adhibe oportet,
 quod decretorium vocari queat.
 - Eusebius autem hic Marci et
 Lucæ scriptis eandem semper Ecclē,
 sicut cum cæteris Auctoritatem
 divinam tribuit, - hinc apparet
 Argumentum ejusmodi, quod simul
 pro reliquis quoque S. S. Scriptis
 eodem modo valet, -

II. Et unanimi totius Ecclesiæ
 consensu et fide defumi; - et quidem

10) Et testimonij Patrum. Cle-
 mens Rom. in epistola 1^a ad Cor.
 Cap. 40. edit. Lond. ait: Scripturas,
 quas diligenter inspicite, quæ
 sunt Spiritus S. oracula vera, in
 his nihil injunctum, neque fictum,
 aut simulatum contineri, discite.

- Iustinus M. in parænesi ad Gent.
 tradit: S. scriptores nihil aliud
 accesse habuisse, nisi prorsus se
 ipsos operationi divini spiritus p. d. b. c.

- Origenes Contra Celso. affirmat
 2) Judaeos et Christianos in eo
 2) venire, quod d. libri Divini
 2) ritu sunt conscripti. - Dein
 gelissas cooperante spiritu s. p.
 pphisse ait. - Athanasius in
 prof. Palm. de omnibus libris
 Christianorum in genere dicit
 2) cooperante spiritu s. esse con-
 2) scriptos. - Cyrillus Hierosolym.
 Catech. 11. ait: ista aos. Divini
 2) divinitus inspiratae scripturae
 2) N. et V. T. - Haec autem suffi-
 cient omnia, quum aliocum
 omnium testimonia in medium
 proferre impossibile fore sit.

2o) Et publica et universalis
 Caelesiae prae. Ea enim s. scri-
 pturam semper, ut Divinum librum
 adhibuit, ad instruendum fideles
 in vera Christi Religione, non
 solum ad adhaerendum, sed etiam
 - scripturarum corruptionem &

omnem ut haeresim et injuriam
spiritui s. illatam respedit; - atq;
constanter negavit, vel unicam
in universa scriptura s. veri no-
minis Antilogiam reperiri.

30) Et Conciliorum effatj. Eccl^a
haec enim jam a primis et ordinis
persuasum, firmiterque ab ea cre-
dendum fuit, s. paginas, absque
ullo earum discrimine, Divino Spi-
ritu operante conscriptas fuisse.
Inde est, quod ea omnes, qui di-
vinitus inspirati laudantur, Cata-
logis divinatorum librorum ab Antiquis
simis temporibus inferuerit, uti id
constat et Concilio Sardiniensi
anno 397. Romano, Tridentino et
quorum posterum recensiti; omni-
bus s. librorum libris subjicit:
Siquis autem hos ipsos libros
integros, cum omnibus suis partibus,
sicut in Ecclesia catholica legi
consequerent, et in veteri vul-

gata editione latina habent
 2, pro factis, et Canonici non su
 3, ceperit, Anathema sit. Sess. 11.

Obv. Unanimi hoc et concord
 Ecclesiae, de divinitate S. Script
 rae certissimam nos reddi. Meret
 sane consensus ille omnem Ver
 rationem tum ob Antiquitatem
 qua christolici coaevo est, tum
 ob Constantiam, qua sibi semp
 simili existit, tum etiam ob
 rationem, qua ab aevo christo
 lorum ad nos usque pervenit
 — Atque, quod consensus h
 Ecclesiae ex persuasio non fuit
 cessive et post operosas disqu
 sitiones orta est, sed Continuo
 quit summa cum aequalitate
 ac proinde n^o aliunde quam
 christolorum traditione oriri
 potuit. — Valeat hic regula
 centi Leinensi in sommonitorio.
 2, Quod semper et ab omnibus, qu
 ubique tenetur, id indubitatum

tenendum esse; - eoque magis valet,
quo certissimi sumus, Ecclesiam
in his, quae ad religionem per-
tinent, et Christi promissione
infallibilem esse. Nihil autem
magis sine dubio ad religionem
pertinet, quam scire, quid sit de
fonte revelationis sentiendum.

§. 22. Inspirationis gradus.

Unum in re primaria, scriptura-
rum nimirum universam esse in-
spiratam, omnes conveniant Patre,
et Theologi, - juvat paucula quae-
dam de gradibus etiam Inspirati-
onis adducere. - Et quidem gradum
inspirationis, qualisnam in unoquo-
que scriptore fuerit aut saltem in
qualibet libri parte, cum certitu-
dine determinare non possumus.
Unum constat, eos, pro ratio-
ne facultatum scriptoris et argu-
menti conscribendi, diversos esse de-

buisse. Inspiratio enim Veri, ac
 etiam naturalis non tollit, sed
 juvat certum et perficit. Unde
 quoad facultatem, Scripturae natu-
 rales, quae variae esse solent, au-
 ditium Dei, jam majus, jam minus
 requirebatur. Respectu vero argu-
 menti, quod vel doctrina est, vel
 prophetia, vel historia, et majore
 auxilio opus habuisse prophetam
 et Doctorem, quam historicum, et
 ipsa natura harum rerum hactenus
 intelligitur. — Gradum vero omnem
 hujus auxilii ad apicem usque de-
 terminare, deficiente medio parte
 Dei et hominis in aliquo opere de-
 finiendi, Difficilius est, quam
 a limitata natura humana esse
 certari queat.

Obs. Ex his autem intelligitur, ad
 hoc, ut aliquid fit Scripturae Sa-
 crae, minime necessarium esse

10) Ut veritas, immediate, id est per novam revelationem, sacro auctori, inspiratae fiat. - Neque

20) Ut inspiratio ad singula verba et ad singuli modum essent, datus, ut Lovaniensis, et duarum, Academiæ, in celebri controversia cum Jesuitis Lessio et Haemelio, 1586, censuerunt; - quarum sententiam Magnus Consensus Cordasi Theologi rejecerunt.

- Interim, ex his ad singula verba extendenda non fit, speciatim in spiritu divini in his quoque assensu negari nequit, idque imprimis in prophetis V. T. in quantum nimirum necesse erat precavere, ne ineptiarum vocum defectu, rebus et sententiis aliquid officeret. -

Caeterum conferantur cum his ea quae in Introd. Genes. in libro s. V. J. Cap. II. §§. 19 - 20 hoc in objecto dicta sunt.

Articulus 2^{us}

De canonibus librorum N. T.

§. 23. Notio Canonis.

Canon in genere dicitur regula ad quam alia examinantur et diriguntur; - et usu vero ecclesiastico, et quidem sensu latiori, significat indiculus seu Catalogus, primario hominum, quibus ditionem ditionum prebebat, unde viduae canonicae; dein Clericorum tabulis publicis consignatorum, unde de Canonibus idem est ac Ecclesiasticus; - sensu vero strictiori prouti hic sumitur, Canon est Catalogus Librorum, qui tamquam sacri et divini, inspirati habentur.

Notari vero meretur usitata olim in primæva Ecclesia distinctio seu distinctio librorum in Canonicos, Ecclesiasticos, et Apocryphos. Canonici dicebantur, qui in canonibus

divinorum librorum delati erant. —
 Ecclesiastici, qui auctoritate Ecclē-
 siæ in sacris Convenciis publicē
 quidem prolegebantur, sed vel pro
 divinis non habebantur, vel saltem
 in canonem divinorum librorum re-
 spectu nondum erant. — Apocryphi
 denique (ἀπό τῶ ἀποκρύφου, cela-
 mte, occultare) dicebantur primo, qui
 occultam sapientiam continere crede-
 bantur, — tardius vero, qui vel ob du-
 biam authenticam, vel ob argumen-
 tum a publicis usibus ardebantur.

Novi Testamenti canon constat li-
 bris XIII, nempe: IV. Evangelicis, Mat-
 theæ, Marci, Lucæ et Joannis; XV.
 libris Apostolorum; XVII. Epistolis
 Paulinjs; VII. catholicis reliquorum Apo-
 stolorum, nempe: I. Jacobi, II. Petri, III. Jo-
 annis, et I. Judæ; atque Apocalypsi
 Joannis, cum omnibus suis partibus,
 prout in vulgarj editionibj habentur.

§. 24. Historia canonis N. T.

Ex monumentis Christianae Antiquitatis exploratum est, -

- 1^o) Jam primo aetate Christianismi scripta Apostolorum, ad morem Judaeorum in Christianis conventibus publicè praeterita, atque mutuo communicata fuisse (Col. IV, 16. & Petr. III, 15, 16). Unde dehinc eorum collectio enata est, atque, quum Christus et Paulus Veteris jam et N. T. meminissent distinctio in V. et N. sponte fluebatur.
- 2^o) Praeter libros in hac aetate N. T. Collectione comprehensos, alia adhuc mature circumferrebantur. varia scripta Apostolica virisque Apostolicis attributa. Unde collectio geminiorum divinarumque librorum magis atque magis necessaria enascebatur. - Verum-
- 3^o) usque ad medium saeculi II. collectio ejusmodi librorum N. T. collectio nondum effabatur. Cujus ratio

haud obscura est, tum et modo, quo
 Evangelium primitus predicaba-
 tur, orali nimirum infirmitate,
 tum etiam et conditione Christiana,
 eorum Ecclesiarum illius temporis, quae
 mutuae scriptorum Apostolicorum
 communicationi permagno impedimen-
 to erat.

40) Inde autem a dimidio Saeculi II.
 athenus consensus celeberrimorum do-
 ctorum Ecclesiae, uti Irenaei, Clemens
 Alex., Tertulliani et, circa pro-
 pria canonis sacri monumenta, jam
 legitur. Notatu vero digna conferen-
 tia in eo est, quod omnes jam loquan-
 tur de duplici librorum N. T. Colle-
 ctione, quarum unam Evangelium vel
 Evangelicum, alteram autem Aposto-
 licam vel Apostolicam vocant (Iren.
 adv. haer. Lib. I. Cap. 3. Clem. Alex. Strom.
 Lib. V. Cap. 6, 7. Tertull. de prud. Cap. 21.)
 Opus hinc interdum etiam utram

que Collectionem sub nomine: Instru-
menti vel Testamenti Novi Compred-
dit (Contra Marc. Cap. 11.) et in veris
 Collectis sub nomine Evangelii et
 Apostoli omnes N. T. libros compo-
 henderit, nec ne, - patet ex his locis
 quae superius (§. 8.) ad probandam
 Librorum N. T. Authentiam adducimus.

50) Cum his Doctorum Patrum
 effati, consentiant Antiquissimi, qui
 cessant, Librorum N. T. Canonicorum
 Catalogi; - in specie:

a) Fragmentum Anonymi, ut et
 dicitur, videtur Caji presbyteri Ecclie
 Romanae, et initio Saeculi 3^o, quod
 ter libros opus perios seu ab omni-
 bus receptos, ardyzoperios, etiam
 tines, et septem epistolis ad hebraeos
 Jacobi, et 3^o Joannis. Sed cogitandum
 est fragmentum hoc multum in locis
 mutilum esse, adeo ut in antecedentibus
 tibus, aut subsequentiibus, hi quoque

commemori potuerint.

b) Canon Origenis in Glom. in Jofu
am effans, quem supra (§. 9.) fere to,
citavimus.

c) Canon Eusebii, in quo omnes li,
ber, qui in vulgar; editionibus haben,
tur, specificè commemorantur; et addi,
to, quod quidam eorum, quos vocat
deusero canonicos, epistolae nempe
Jacobi et Judae, 2^a Petri, 2^a et 3^a Joan,
quos, ea ad hebraeos, et Apocalypsis,
quas aliquibus in controversiam vocen,
tur, sed a plerisque in recipiantur.
(et Conf. §. praedict.).

60) Omnes autem hos libros, qui in
aphodieris fanone continentur, Opusq,
inquiris, et Ardyzypicis, seu libros
imparis ejusdemque Auctoritatis inter
canonicos et divinos referrunt for,
dilia (§. 21. II. 3.). Eorum effata edma,
torem Auctoritatem merentur ac reve,
rentiam, quod a legitima potestate Jofu

diligentem factam discussionem pro-
fecta sint, eoque fine, ut motus
de geminis sacrisque libris qualis
siones componerentur.

§. 20. Canonicitas modernorum
Librorum N. S.

His promissis adstruimus: Omnes
libros, qui in hodierno nostro Cano-
none continentur, omnesque eorum
partes ad sacras divinasque Scri-
pturas pertinere; — idque —

10) Et testimonio fovebitur factis
gimenz, quod omnes hos libros in
Canone recenses, et cui etiam S. C.
gustinus interfuit; ita enim Can-
47. loquitur: Placuit (Concilio) ut
propter Scripturas, Canonicas, et
hil legatur sub nomine divinarum
rum Scripturarum; sunt autem
Canonicae Scripturae sequentes
Recensio; dein omnibus S. libris
eodem ordine, quo in vulgaribus
editionibus habentur, ut ostendat

se Sacramentum hanc ^{antiqua tradi.} ~~revelatione~~ hanc
 accepisse subiungit: a Patribus ipsa au-
 tem primus in Ecclesia legenda: - Tum vero

20) Idem canon, ut et verbis ejusdem
 Concilii patet, ad occidentales Epis-
 copos delatus esset, ut ab illis, et
 praecipue a Romano Pontifice confir-
 maretur, Innocentius 1. eum fide ex
 apostolicae Sedis, imo et totius Eccl-
 esiae Occidentalis nomine confirmavit,
 et in Epistola ad Euphrasium Episcopum So-
 lovanum data, similiter se doctrinam
 hanc et traditione hausisse, ait.

30) Et testimonio Romani Concilii
 1179. sub Gelasio I. celebrati, quod eun-
 dem canonem statuit, adeo ut et hoc
 appareat Ecclesiam Romanam et affri-
 canam saeculo V. eundem plane habuisse
 canonem, quem Cardus postea de
 Concilio Tridentinum.

40) Et testimonio S. Augustini, qui

Lib. II. de doct. Chriſt. poſſit; ansea
negalis ad diſcernendas ſcripturas
ſacras valisuris, canonem ſubmittit
qui nec plures, nec pauciores libros
continet, quam in noſtris editionibus
habentur.

50) Quam generalis fueris, a pri-
mis ſaeculis, Eccleſiarum conſenſu,
circa libros proſo- et deutero-
tonicos, probatur et verſione An-
tigua Itala, in qua omnes libri, qui
hodie habentur, inter ſcripturas
numerantur. Quis vero crederet, ver-
ſionem hanc, ipſi fere et poſtolorum
temporibus, eſſeſſentem, inter omnes
fere principem, a latinis eccleſiis
uniuerverſaliter receptam, et qua
Occidentalem Eccleſiam foris et
nascentem et adoleſcentem ſuſcep-
tauit, abſque ullo diſcrimine, he-
ros, canonicos et apocryphos ſuſcep-
compleam.

60) Eugenius IV. Romanus Pontifex
in Decreto ad Armenios eodem libro
eisdemque nominibus commemoravit,
quos et quibus dein commemoravit
Pater Tridentini.

70) Denique, magnum his argumen-
ty pondus accedit e consensu Ecclē-
siarum Orientalium, quae omnes hanc
quem nos laudavimus, canonem sem-
per tenuerunt et tenent. In Concilio
Constantinensi, quod anno 692. habitum est Con-
stantinopoli, et cui IV. Patriarcha
et plus quam 200 Episcopi interfu-
erunt, in numerum canonum Ecclē-
siae Orientalis canonem quoque
Concilii archaginenfis recepti sunt, atque
inter eos et ille 47. quem supra (N. 10)
laudavimus. —

Quod autem Ecclēsiæ orienti, in ea,
eodem hae doctrina hodieum permansi-
erint, testatum reddit responsum
anno 1672. et Concilio Constantinopoli

sub Dofishes Patriarcha celebrata
 proceffantibus datum, in quo
 merat; ut, quos nos habemus omni-
 bus libris, addit Synodus: hos o-
 mnes judicamus Canonicos, et
 s. Scripturam nominamus, quon-
 iam hos tradidit Antiqua Con-
 stantia, seu Major Ecclēſia Catholica.

Omniſque igitur hiſ libris, cum
 omniſque ſuis partibus, pro- et de-
 terocanoniciſ eadem Auctoritate, ſi
 vna ſeribere adſcribenda eſt. Et
 recte Concilium Tridentinum proce-
 piunt, ut abſque ullo inter eos
 ſerimine, libri hi omnes, quoad
 omnes ſue partes, ſervi et canonici ha-
 berentur.

Obſ. 1. Quamvis de libris Deuter-
 canonicis N. T. dubium jam in
 ipſa Antiquitate exortum erat,
 omnino ſerim ex ab omniſque Ecclē-
 ſias precepti ſi fuerint, — inde t

nullum prejudicium adversus di-
vinam eorum Auctoritatem inferri
potest, quinimo ex hac ipsa, eos
cum divinis, recipiendi difficultate
certissime liquet,

a) eos jam tunc existisse, atque
ut ^{reab} apostolicis sergari fuisset, n
omnimode impossibile fuisse. -

b) eos a pluribus Ecclesiis fuisse
receptos. -

Ex re ipsa, si libri de vetero canonici
apostolici n^o fuissent, explicari n^o
potest, quomodo ii in pluribus et in
signis Ecclesiis, tamquam apo-
stolici servari, atque cum tempore
tantam sibi Auctoritatem conciliare
potuerint, ut omnium postea consen-
su in numerum divinatorum librorum
referrentur. Certe Antiquissima
Ecclesiarum testimonia et Ecclesiarum
traditio Argumentum positivum
praebent, quod libris tantum qui

nationis, statim non defuerint, qui
 quoad libros deuterocanonicos fidei
 his, aut arduis, antiquiora
 diversa sentirent. Omnes enim agno-
 scunt libros hos cum omnibus fidei partibus
 ab Apostolis aut viris fidei Apo-
 stolicis esse conscriptos, parique in
 eo dignitatis, et auctoritatis esse de-
 bere, quamquam de Authentica nonnullorum
 locum librorum, aut quarundam eorum
 partium, uti de 1 et 2^o Capite
 Machabei, de 12. ultimis Versibus Ca-
 pituli posterioris Evangelii Marci, de
 ultimo Capite Evangelii Joannis, Apo-
 calypsi aliisque, de quibus suo loco
 in Introductione Speciali tractabi-
 mus, plurimum dubitant, — et in
 genere doctrina de Inspiratione,
 quam Patres illorum non minori fer-
 vore, in sensu fortissimè, usque ad
 Michaelis, ac Jacobini propugna-
 bant, potè jam apud omnes elo-
 luit, evanescitque.

Obs. 3. Adstruere igitur in propo-
 sitionibus duobus Capitibus Librorum
 F. Historice et Divinae Auctoritate
 - oppositum esse videtur, ut jam
 ad ea accedamus, pertractanda, quibus
 et juxta illorum interpretationem
 tatio servari ac potari possit, -
 et quidem in sequenti Capite de
 sermone et fide, quo sacri hi
 libri conferri fuerunt, - et sic
 qua ordine pertractabimus.

Caput III.

De sermone et stilo librorum N. T.

§. 26. Originalis sctus N. T.

Libros N. T. omnes, si Matthaei E.
vangelium, et iuxta nonnullos etiam
Epistolam ad hebraeos, et epistolas, ab au-
toribus sacris, graeca lingua conscri-
ptas esse, communis fere omnium sen-
tentia est. Conjectura enim Harduini,
quam in commentario ad N. T. (Hay.
com. 1741.) proposuit; Latinam simi-
lem lectionem non versionem sed sel-
tum esse originalem, graecam autem
lectionem ab ignoto aliquo auctore
latino sctum translata esse, jam
solum explora est. Atque ad refutan-
dam hanc sententiam historicae pro-
bas repugnantem sufficeret Hierony-
mi testimonium, qui latinam versionem
ad graecum fontem emendatam a se
expressisse in multis locis fatetur. Nec ma-

joris ponderis est Baronii al-
 rumque assertum, qui putant Eu-
 gelium S. Mariæ latine ab aucto-
 editum fuisse, Auctoritate præcipue
 antiqui cujuspiam Codicis permoti
 Venetiæ observatur, et ipsum S. Mariæ
 Autographum esse putatur, neque
 plius ob literarum resuscitem legi
 posse. - Non defunt etiam, qui
 plerisque libros N. T. originaliter
 hebraice seu aramaice conscrip-
 sisse, deinde vero graece tra-
 lato fuisse putant, uti Berthold
 et Bolen; - idque in specie falsum
 de Epistola Judae, et Jacobi, quæ
 postremam etiam, prout modo in
 tu graeco habetur, liberorem tan-
 tum alterius, ab apostolo, Aramaice
 Conscriptae epistolae paraphrasem
 esse putant, uti etiam familia de
 Apocalypsi. - De quibus in specie
 liter suo loco in Intro. Speciali ageretur

Obs. Non defuerunt etiam, non
 praecipue Aetate, qui prodeun-
 te praecipue Pfankuchio, in Bibli-
 otheca Orientali VIII. linguam Grae-
 cam Jesu Christo et Apostolis, ac
 in genere omnibus judaeis palaes-
 tinensibus, penitus ignotam fuis-
 se affirmarent, idque ex sequen-
 tibus praecipue Argumentis: -

10) Quod nulla adfuerit pro illis
 necessitate, aliam proser veracem
 lam Aramaicam addiscendi, eo
 quod omnia finitimaee Gentis, qui-
 buscum commercium erat vel ea-
 dem plane, vel falsum cognatalis
 qua usarentur.

20) Propter summum eorum in O-
 manis res peregrinas, ex in specie
 in linguas extranas odium, Thal-
 mudel etiam expresse prohibente, ne
 quis filium suum Graece dixeret fa-
 ceret, adeo ut execrabilem etiam
 pronunciaret, qui unquam filium

suum Graecanica sapientia
 diri curares. Imo ipsum etiam
 Jos. Flavium Chab. XII, 11, 2. te-
 stari, neminem popularium suo-
 rum huius operi conferibendo ob
 linguae imperitiam parem fuisse.
 - Sed ne se ipsum quidem ob pop-
 larium suorum projudicium pa-
 triamque consuetudinem omnem
 huius linguae venustatem et
 pronuntiationis suavitatem ap-
 cutum fuisse.

30) Eo quod Palaestinae sed
 ubique et in N. S. Aramaice
 loquentes inducantur aut salt-
 im per interpretem.

40) Denique: Eo in idole ferms
 ipsius, qualis in scriptoribus N. S.
 et versione LXX. Interpretum con-
 citus, in quo non modo plura vo-
 cabula, et idiotismi hebraice
 sed etiam vicia plane versionis
 uti Joh. IX, 4. XII, 4. inveniuntur.

Verum ad Argumenta modo ad-
 ducta, aliqui huiusmodi Viri
 eruditi tam solide responderunt,
 et positivè insuper Argumentis,
 linguam Graecam ipsi etiam Palae-
 stinensibus, licet non adeo bene
 aut cum Nativa puritate, cogni-
 tam fuisse ita demonstrarunt, ut
 iam tota Controversia hoc in pun-
 cto cessasse videatur. Jurat iste-
 rim hic breviter utriusque generis
 Argumenta ad praecitata, diffi-
 cultate adferre, ut et his facilius
 ipsa Veritas asserti Cognoscatur.
 Et quidem -

a) Ex historicis profanis pla-
 ne notum esse, incolis Syriae
 praeter linguam vernaculam
 inde a temporibus praecipue cele-
 brandi M. etiam Graecam Cognitam
 fuisse; ita fere pro Aethiopia, cap.
 25. Tacitus Hist. Lib. V. 8. Iudaea
 vero seu Palaestina ad Syriam refer-

crebatur. Iudaei vero Aegypti
 quorum commercium cum Palaestinis
 finibus negari nequit, haec
 solam loquebantur, uti hoc
 et historia Vespionij Graecae Alex-
 andrinae et et Philone facti
 evidens erat. - Cedit, quod
 a temporibus Ptolemaeorum ob
 continua inter Syriae et Aegypti
 bella Palaestina perpetuum the-
 atrum belli erat; - in aetate
 etiam Clelandri M. 5000 Iudaei
 cum stipendia mercipse legantur
 - plura civitates, uti Gara, Ga-
 Dara, Flippo, Caesarea aliaeque pl-
 re Graecis incolis maximam par-
 tem inhabitabantur; - postremo
 denique temporibus Indignitatem
 et militum Romani huius Regionis
 ponebantur, linguae Graecae haec
 quaquam ignari. Haec igitur
 omnia ceu cotidem provocations
 rant, ut Palaestines quoque

Judaei hanc linguam sibi redderent familiarem.

b) Ordo vero in res peregrinas et in linguas externas ab addiscenda lingua graeca prohibitus fuisse, loca citata Thalmus, & minime probant. Partim enim studium tantum philosophiae graecae, quae eos ad defectionem a patriâ religione seducebat prohibetur; ubi vero etiam lingua ipsa prohibita fuisse dicitur, an effectus etiam huius Rabbini decreti responderit, nec ne, minime legitur. Sed non defunt etiam loca, quae aperte supponunt linguam graecam palæstinensibus haud quaquam fuisse ignotam. — Iosephus autem non de ignorantia linguae, sed de puritate et sinceritate graecae tantum usque qui eam in scholis graecorum addiscabant propria,

queritur, — et per patriam con-
suetudinem, non Vernaculam
aramaicam quam ferus hebrae-
cam pro more nominasset, sed
videm illam ac incompositam
popularibus suis familiarem
Graece loquendi et pronun-
di rationem intellexit, adeo ut
haec ipsius querimonia pro
se lingua Graecae Palaestinae
suis familiari faciat, non au-
tem contra eum.

c) In exemplis, quae produuntur
de Palaestinae in sibus Aramaicae lo-
quentibus, aliae causae hujus rei
quam mera lingua Graecae, ^{et non} quae
rendae sunt, et inveniantur, sed quae
longum esset neque hujus loci est
omnes exponere. Cui diffidendum
non sit, quosdam Judaeorum forte
non adeo bene Graecam calluisse
ut Graecos profertim in loquendi-
satis feliciter assequerentur, —

et vicissim Judaeos tam male loquentes, quam horride nonnunquam pronuntiantes a Graecis hominibus non semper fuisse intellectos, adeo ut saepe interprete opus fuerit.

2) Denique Conformatio sermonis scriptorum N. T. et LXX. Interpretum non ignorantiam, sed ruditatem et peculiaritatem linguae apud suos coevos, et contritales usitatae tantum demonstrat. - Vitia autem versionis non Graecae sed Hebraicae, quam exponunt, ignorantiam probarent, si vitia esse ejusmodi exempla probari possent.

Argumenta vero positiva pro cognitione linguae Graecae tempore Jesu Christi apud Palaestinos, sed, - suppeditant versiones Graecae V. T. quae saeculo II. jam complures in gratiam Judaeorum aut Ju-

daeo-Christiano ab Equila,
 Symmacho, Theodotione aliisque
 adornatae fuerunt. Nestorianae
 origo tot versionum, praeter alex-
 andrinam, quae jam a IV. saeculo
 saeculis cessabat, ostendit, magis
 rem hujus linguae inter Palesti-
 nenses fuisse cogitationem, quam
 ut facile impugnari queat.

Sed posito etiam, linguam heb-
 raicam hanc ita fuisse communem
 Palestinenfibus, ut contendere
 mus, - nullum tamen inde argumen-
 tum contra Originariam scrip-
 turam graeci deduci possit. Praeterea
 quod enim Evangelium Mattheae
 et Epistola ad Hebraeos hebraice
 seu potius Aramaice conscriptae
 esse communiter credantur, - reli-
 qui tamen scriptores sacri, etiam
 sine ullo spiritu, s. misericordioso

inflatu, cognitio linguae graecae
negari n^o St. Longa etiam eorum in-
ter Hellenistas, quorum non pauci
Hierosolymae quoque erant (Act. VI, 1),
et inter Graecos, quibus Evange-
lium predicabant in Graecia, Asia
minori, Aegypto et alibi, commo-
datione fieri non poterat, ut cum
tempore hanc quoque linguam non ad-
dicerent. Imo et hae longiori non,
nullorum inter dictas gentes com-
moratione repetendum videtur, quod
in scriptis eorum variis, variam jam
puriorum, jam deteriorum linguam
inueniamus (Conferratur Evange-
lium et epistolae Joannis cum Acto,
Calyss). Paulus proterea Tarsi in
Cilicia oriundus erat; Marcus et
Lucas interpretes Petri et Pauli
ab antiquis nominantur; Joannes
Iustiforme Ephesi in Asia minori vi-
dit ubi et mortuus est; et sic etiam

de aliis merito supponi posse,
 hinc historiae monumenta nos
 hac in parte deficiant. - His
 missis tam de indole sermonis
 et apud S. scriptores, quam de
 tibus, vix eum cognoscendi in
 quentibus duobus articulis ag
 mus.

Articulus 1^{us}

De Indole sermonis Graeci N. S.

§. 27. Linguae Graecae apud S.
 et N. S. iniquitas.

Esse scriptores S. N. S. in con
 nandis suis operibus plerique
 ca lingua usi fuerint, - lingua
 men eorum variis de causis eam
 legantiam, et leporem, imprimis
 do eam puritatem nequaquam ha
 bet, qualem in scriptoribus Gro
 corum flassius domestici; tant
 pere admiramus; - Sed ea parte
 voibus, phrasibus aut peculiari

etiam conseruendi modo, partim
 significationibus etiam uocum et
 phrasium pure graecarum peregrin
 nis adeo fasset, ut misandum in
 fit eam a uiris eruditissimis nostris
 fere temporibus, ob eam discrepanti
 am, peculiari nomine dialecti helle
 nisticae distinctam fuisse.

Mašina uero pars peregrinarum
 illarum uocum, phrasium et signifi
 cationum profluit -

I. Et lingua hebraica seu arama
 ca; quae cum scriptoribus s. forte
 omnibus uernacula esset, uitari uil
 poterat, ne aut certa quaedam uo
 cabula usque prociq; religiose conse
 crata assumerentur, uti Chelaja,
 Abba, Amen, Gehenna, Rabbi et; -
 aut uocabulis graecis significa
 tio hebraica aut tribueretur,
 aut subiungeretur; uti in uoci
 bus אֵימָר, סוֹדָאָרָא, פְּרִמָּא, עִיפְרִיָּן,
 et quae non tantum saeculum, ilia,

dictum, pacem, uti apud flapsios
verum etiam mundum, Commiserationem,
rem quamcumque, et salutem, ut
שָׁלוֹם (Olam), רַחֲמִים (rachamim)
דָּבָר (dabar), שְׁלוֹמִי (schalom) et signifi-
ficant; — Aut denique recentis iudi-
dem vocabulis vel etiam significati-
onibus ea componendi ratio adhi-
betur, qualis ipsi in vernacula fa-
usitata erat; cuius generis exempla
infinita ubique obvia sunt. —

Id quod aliis etiam quibuscumque
evenire solet, si linguam aliquam
aut professe non calleat, aut
am et usum tantum vulgari addi-
derit, quae apud cultiores ^{quos} popu-
los a lingua eruditorum et nobi-
liorū flapsis semper aliquantulum
abhorret. —

Scriptores autem nostri plane
silibi, erant circumstantibus, pro-
daci fuitis natione et religione

qui linguam graecam non ex schola
aut ex arte sed ex vulgari usu, et
aque plane sive temporis apud po-
pulos suos valde hebraizante addi-
dierunt. Hebraizans autem ejus-
modi graecus sermo non sicut actus
aut sua tantum opera ortus,
sed ab antiquis jam temporibus et-
cebat, Aegyptiis praeque Judaeis,
et aliisque qui Hellenisticae dicebantur
familiaris, quo et Versio LXX. In-
terpresum trecentis fere annis antea
conscripserunt.

Ad Hebraismos accedunt etiam Kab-
binismi, seu sermoni qui in scholis
judaeorum vel noviter inventi, vel
nova falsa significatione dona-
ti sunt. Hos autem et a posteriori
in scriptoribus novi T. expressare
debemus, quod Paulum Omnigena
judaeica eruditioae imbutum fuisse,
et Iulium etiam non modo cu-

rudiori tantum plebe, sed cum doctiori etiam populi parte frequenter sermones misuisse Sciamus; - cum populum quoque ipsum ita ab ore Rabbinoſum dependiſſe, ut cum colore rabbinico aliquatenus, in illis fuiſſe regere non poſſimus.

Copioſiſſima ejuſmodi rabbinicoſum exempla e ſcriptis veterum et recentiorum Rabbinoſum, et Thalmude, Midraſchim, Rabbotoſum ad illuſtrandum N. T. Congeſſerunt Lightfooteſus, Schöſſgeniuſus, Weſſſſemiuſus eq, e quibus pauciſſima haec tyronibus ſufficientia caſu ligare et ſolvere Maſch. xxv, 19 pro Veritatem aut licitum declarant - Renati et nova creatura, Joh. iii, 8. quae a Rabbiniſ de proſelytoſum adhibebantur. - Solatium Iſraelitiſ Luc. ii, 25. pro Meſſia yuſque regnaſſe - Benedictuſ, Marc. xvi, 6. pro: Deo uti hoc Rabbiniſ frequentiſſimum.

- Pastor, quod in V. J. de regibus
dicitur, a Rabbinis vero etiam ad do-
ctores, legi translatum fuit. - Verum

II. Non parva fuit, quae et alius
etiam linguis mutuata fuit, uti:

10) Et lingua persica (Persismi),
aggaprius, pagos, gafa, peppapi,
magas, magas (cogere, magis, ~~the~~,
saurus, unio, Magas), quibus
Paulus etiam geerra anumerat.

Pauca vero sunt haec vocabula,
quam ob arctum Vinculum, quod
inter utrumque populum aliquot se-
culis post captivitatem Babyloni-
cam intercedebat, merito expectari
posses.

20) Et lingua latina (Latinismi)
et quidem -

a) Voces: aovapior, obolus, roma,
, as. - Inrapior, numus, decem
assium. - urr⁺spior, centurio; opar,
aprior, protorium; ouapros, ficiarius;
ovousda'pior, vel spiculator a spien,

lo, genere quodam scli, quod gestabat (græcè δόρυφορος), - vel vero a speculando speculator, est plura.

b) Phrases: ὁ ἰναρὸν δοῦναι, saluare, Marc. IV, 15. - ὁ ἰ ἔργασι, operari, Luc. XII, 58sq. - Quod mirum sine dubio nemine esset, Considerant Græcos et Judæos jam ante aetatem Apostolicam in Romanorum devenisse potestatem, atque a Magistratibus ac Militibus Romanis gubernatos fuisse. - Et vero etiam

30) Et lingua Arabica, seu Arabismi ferè seles inveniuntur acriter inde a Michaelis temporibus disputatum est. Negari quæcum neguit, plurimam esse vocum et phrasum in N. T. quæ non nisi ex lingua Arabica modo lucem plenam capiunt; An vero vocum illarum ac phrasum in Arabia significatione Arabico soli peculiaris vel vero alijs etiam semitis lingue

cognatis, communes fuerint, hoc est plane quod quaeritur, sed nec, dum demonstrari potuit; atque ita eausque de Arabism; quoque serm; et talibus sermo esse non potest.

Obv. 1. Non defuerunt, qui lingua hanc Graecam, prout ea in Veri-
proverbis Sacris N. T., in Versione
Alexandrina, et Aethiopo-panoni-
cis V. T. legitur, nihil omnino
a lingua Glafiorum Graecorum,
quoad puritatem, differre puta-
rent, atque ideo Purissae dicti
sunt. Illius vero Sententiae fau-
tores, etsi haud pauca proba-
verunt optime observata esse
rudite defensa, propositio tamen
triplici de causa Satisfacere
non potuerunt, -

a) Quia haud pauca eorum, qui-
bus totius N. T. puritatem Grae-
cam demonstrare voluerunt; et
scriptis Seriorum Graeciae scriptorum

de prompta fuit, quique vel tem-
pore Christi et Apostolorum,
vel etiam tardius viderunt.

b) Lina haud raro quoquam
ejusdem plane generis, putabant,
quae tñ non nisi similitudinem
quandam haberent.

c) Lina de multis Vocibus,
formulisque non demonstrant,
eas apud veteres Graecos Auctores
eodem plane, quo in N. T. serpe
adhiberi, licet omnino docerent
eas bonis Auctoribus fuisse usum
putatas.

Cacterum nemo facile nostrae
aetate existimat, Auctorita-
ti S. Scripturarum N. T. aliquid
detrahi, si eorum Sermorum a
fura gravitate discedere concedatur.

Pulchris profus e Contrariis
opponerentur iis, qui Hebraistae
dicti sunt, quique Magnam par-
tem negabant, elocutioni N. T.

inesse aliquid, quod graecitati
 parae vindicari posses. Verum ne,
 gari n^o pⁱ, hujus sententiae de,
 fensores, esse universe indolem
 vitionis N. S. peculiarem receper^o,
 spederint, haud in raro in fing^o,
 his errasse, dum vel in he,
 braismo, referrent, quae neque
 hebraismi neque graecismi recte
 dici possent, - vel, quaecumque
 in N. S. ab usu loquendi solenni
 graeco quodammodo deflexerit vi,
 derent, confestim ea ab oratione
 bonorum graeciae Auctorum aliena
 pronuntiarent - Magna verolan,
 tio adhibenda est in h^o N. S.
 grammaticae. Affirmandi, profert^o
 in iis, in quibus Vitia Gramma,
 tica seu Solocismi inveniri vi,
 dentur.

Obs. 2. Quaesitum etiam est, an h^o
 lingua, quam, ut diximus, nonnulli

Hellenisticam appellant, necesse
 ita appelleretur, necesse. Quod si con-
 sideremus eam prociq[ue] Judaeis
 sermone graeco vernaculo uten-
 tibus, quique plane propterea
 Hellenistae (ab Ἑλληνιστῆς quod
 cizare) dicebantur, propriam fu-
 isse, nomen illud Saz, quidem a
 ptum videtur ad designandum,
 eam fuisse linguam Hellenisticam
 — Quia vero nonnulli putant
 tali nomine non ad personas, qui
 ea lingua utebantur, sed ad indol-
 em ipsius esse attendendum, id
 illud non modo improbant ut
 absurdum in significatione: quod
 citant; — sed potius existimant
 „Hebraisticam“ esse appellendam
 Verum novo huic nomini obstat
 ea, quae in sequenti §. ulterius
 de indole hujus linguae adhuc dice-
 tur; — adeo ut nomenclatio Ant-
 quior, etsi forte non undequaque

quia jam longiori usu recepta est
retinenda videatur; quod etiam
plerumque fit.

§. 28. Alexandrinismi, Ciliisimie.

Impuritas ea sermonis librorum
librorum N. I. non a peregrinis tan-
tum vocibus, phrasibus, significa-
tionibus, seu ab externis causis
deprendenda est, verum etiam ab in-
ternis, et quidem: -

10) Et tempore, seu indole ipsius
linguae graecae, prout ea etiam a-
pud nativos illius aetate erat.
Ex enim tempore Christi et Aposto-
lorum jam vel ipsi Graeci scriptores
a puritate illa antiqua per contactum
et commercium cum aliis gentibus,
a temporibus Alexandri M. declina-
re inceperant, multas voces partim
peregrinas inferendo, partim etiam
per se ipsius linguae noviter efformas-
as veteribus haud cognitatas, aut pa-

rum usitatas, partim denique
 Vocibus, et phrasibus Origine
 quidem antiquis sed novae signi-
 fications, adijciendo; — quae in
 genere a nonnullis, ecclesiarum
 appellatur.

Hujus generis in N. T. occurrunt.
 ἡμιόλιον, marsupium, Joh. XII, 6.
 ὑπάββατος, lectus humilior, ib. V, 8.
 γάμος, convivium. Matth. XXII, 2-12.
 ἀπαρέυναξις, ignominia et post
 Matth. I. 26. Et alia.

2o) Ad hoc, seu ab indole ejusdem
 prout ea certis in Regionibus,
 na cum fuit idiotissimae, etiam apud
 prae graecos homines in usu erat
 — unde Provincialismi nominata.
 Exempla ejusmodi sine dubio plu-
 rima sunt in classis Graecorum
 — in N. autem T. praecipue in-
 fuerunt, filicissimi Pauli, quales
 in epistolis inveniri primus
 observavit Hieronymus in Eudae.

ad celsasiam, dum scribis: Mul-
 ta sunt verba, quibus, iuxta morem
 Urbis et provinciae suae famili-
 arius Apostolus utitur, e quibus
 d. gr. pauca ponenda sunt: Mihi
 autem parum est iudicari ab huma-
 no iure (1 Cor. IV. 3. ab humano iudicio),
 et oν uaderapunoa vπwv (non mole-
 stus vobis sum), felices eligendū
 mihi necessarij. 2 Cor. XII. 13), et μὴ
 δεῖσθε vπwv uaderabevidw (nemo vos
 decipiat, proposito praemio pri-
 vatis. Colos. II. 18), quibus, et aliis
 verbis usque hodie utuntur Cilices.
 - Hanc observationem, uti credunt
 eruditi, Hieronymus, Origenes, aut
 alicui antiquiori grammatico de-
 bet, unde eo majus pondus habet.
 Recentiores in classem filicis,
 mosum deferrunt adhuc. Depnu-
 dappa, pargamentum; - Eδουρά in
 significatione voti aut desiderii;
 uadappwv, abrogare; - Oπoσaywv

accessus; quae non nisi in his Au-
ctoribus inveniantur, qui aut e
Cilicia, aut e finitima quadam pro-
vincia oriundi essent.

Obs. Praeter proprietatem graecae
idiomata, Librorum N. Thucydidi
memoratas, quae etiam Ver-
ni dicitur. Interpretum et Deuter-
rocanonicis V. F. Communes sunt
— praetermitti haud debet, cum
praeterea etiam peculiaris quor-
dam habere, et quae unius ab
objecto, quod pertractant, a
doctrina fecerit et historia
Religionis Christianae Repere-
re veniunt. sum enim Religio
Christiana partim novata in-
veteret notitia, partim ad ma-
jorem perfectionem perduceret
prioris, evitari vix poterat, ut
S. scriptis, aut novis terminis uter-
entur, aut priores novo, veluti

technico, auferent; uti sunt:
 ἡ ψῆφα ὑψηλῶν, Apoc. I. 10. - ὅτι
 ὅς, ὄσος, ὄσεντες sensu fidei
 christiane; - ἀρδῶσος ἐν Χριστῷ,
 2 Cor. XII, 3. - ὄσῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἡ ἐκείνου
 σῶμα, Gal. III. 27. - χριστῶσ ἐκείνου
 ἰσῶδα, 1 Tim. V. 22. et. - duce igitur
 res non minus, ac communis, indo-
 les ab interprete attendi debet, -
 ne forte e communis usu ea decla-
 raret, quae et peculiari explican-
 da sunt; - prouti est illud, an non
 unum idemque vocabulum a diver-
 sis scriptoribus factis diverso e-
 trā sensu usurpetur, quod im-
 primis de Paulo et Joāne valet.

Articulus 2^{us}

De fontibus cognoscendi linguam
 N. B.

§. 29. Recensio fontium.

Jam lingua scriptorum N. Petri,
 et veluti partibus ingredientibus

coaluerit, quod ea nimirum, per
 grina Communi et particulari,
 hinc apparet fontes etiam Cogn
 sciendi eam seu usum loquendi
 I. tripliciter Genris esse debere
 quod eos ficitur, et peregrinos
 hosque tam Communes quam par
 ticulares, — et quidem —

I. Ad fontes graecos spectant
 scriptores graeci, et in genere, et
 in specie qui ejusdem fere aeta
 ti, cum G. scriptoribus fuerunt,
 et majorem etiam affinitatem
 respectu linguae cum iis habent.
 Quales proinde commendantur,

10) Et Classici graecorum Poly
 bium, qui ducentis annis tantum
 ante Christum, — Diodorus Siculus, qui
 sub Julio et forte etiam sub Augusto
 Caesare, — Striannus, qui Hadrianum
 temporibus floruit, et imprimis
 vodianus ob stilii simplicitatem
 proinde clarus, qui cum fine II. aut
 initio III. saeculi vixit.

20) Et Judaeis. Jos. Flavius et Phi-
lo, qui fere coaevi ejusdemque cum
Christo hinc Nationis, et Religionis e-
rant, - plurima proserua de mori-
bus, religione, et Cognitionibus
popularium suorum respondent, quod
ad N. S. illustrationem incompara-
bilem usum praestant, adeo, ut non
nulla vis aliunde quam et horum
scriptis plenam lucem capere que-
ant, ut. quid sit upios, apud Matth.
v. 21. - expurgia apud Luc. I. 5. - Pa-
ordiuos. Joa. IV, 46. -

Credidit quod exi sermone utan-
tur puriori graeco, quam alii he-
braei. scriptores, eoque ad puri-
tatem flapsiam propine aueden-
te, - ob Communem in Natione
et religione, dulces etiam judae
proprias et s. scriptoribus, fa-
miliares notionez intermiscuerunt,
ut. mox citata exempla et alia plu-
ra demonstrant.

II. Ad fontes peregrinos, eorum
 communes referuntur, -

10) Scriptores, qui eodem sermone
 cum Auctoribus sacris, N. T. usi
 sunt, quales sunt:

a) Septuaginta Interpretum per
 alexandrina versio. Et haec enim
 constat, quatenam voces, phrasae
 et significationis hebraeae Graecae
 respondeant, atque ita hebraei
 etiam facilius et cognoscunt
 et intelliguntur. Cuiusmodi, quod
 S. Scriptores N. T. hac versio
 non modo usi fuerint, verum
 ea etiam integra, phrasae et voces
 mutuarunt et citant eam. In
 his in illis cavendum est, ne forte
 in locis, in quibus Versionem hanc
 cum textu hebraeo conferimus, ad
 hanc lectionem sequamur, quam
 Interpretes, secuti fuerant, aut
 textus ipse Versioni mendose
 quod ob firmam utriusque Ant.

quiritatem non raro etiam evenire
possit. —

Hae spectant etiam reliquiae
Caesarianae Versionum Graecarum,
Aquilae, Symmachii, Theodotionis,
VII^{ae} et VIII^{ae}, licet harum eorū
si essent integrae, excepta Theodotionis,
tantus usus esse non possent
precedenti Versioni, ut forte quae
non eandem dialectum retinent, sed
vel puram Graecam sequantur, uti
Symmachus, — vel etymologiam, uti
Aquila.

b.) Libri Deuterocanonici V. S.
qui aliquando etiam ad eandem fe-
re aetatem cum scriptoribus Nostris,
etiam posterioribus, spectant. Haec
laudet, quod quum non omnes
Versionem exhibeant sed textum
originalem majori ex parte, — sensu
etiam eorum paucioribus subest dif-
ficultatibus, neque de male intel-
lecto textu originali suspicari esse possit.

Incrementa proterea Hellenicae linguae inde ab initio Verborum alexandrinae, usque ad aegyptiorum Aetatem, continua quae si ferri possunt, adeo ut dixerit, dicitur quodam Verba fuisse, et quaedam nova auferunt illi.

2^o) Scriptores linguarum earum e quibus voces, phrasae, et significaciones mutuatae sunt; et quales -

a) Recepta Hebraismorum, prout dicitur in libro V. S. hebraei, scripturae Rabbinorum tam Antiquiorum quam Recentiorum, seu Thalmud et - remotiores vero Scriptores linguarum hebraicae Cognatarum, uti Syri, Chaldaei, Arabes et cetera in genere, quidquid ad Cognoscendam linguam hebraicam esse usum, praesertim aut demerere facere potest.

b) Reflexu Persicorum, in defectu scriptorum pervicorum antiquiorum, scriptores Graeci aut Latini, qui de rebus Persicis, eorum moribus et consuetudinibus in genere aut in specie tractant, uti Ctesias, Herodotus, Diodorus, Strabon, Curtius, alique.

c) Reflexu denique Latinismo, quoniam Latini scriptores, quorum et copia nobis et familiaritas longe maior suppetit, quam reliquorum.

III. Ad fontes vero peregrinos sed particulares spectant in genere scriptores Christiani Ecclesiae, qui eadem noticias facerent, quae peculiariae, et per Religionem Christianam noviter revelatae continent ac ab aliis scriptoribus; in specie autem -

10) Patres, tam proximam per Chryso-
stomum, uti Clementis Romani,

Barnabae, Ignatii et Polycarpi epistolae; - quam Venetis, uti Iustini M., Irenaei, Clementis, Origenis, et Eusebii opera. Quorum priorum non modo eadem fere semper cum S. scriptoribus materiam tractant, verum eadem etiam fere linguam loquuntur; - subsequentes autem tum ob aetatem, qua proxime ad aevum apostolorum pertingebant, tum etiam ob eruditionem, qua excellere, summoque commendarerentur.

At neque tardiorum Patrum referendi sunt peritus, imprimi, aetate quibus, lingua graeca adhuc materna erat, tum etiam ecclesiae traditionem, eorum fideles erant custodes, uti in Hermenutica (S. 10, obs. 1. S. 18.) Commentatum est. Idem etiam de Latinis Patribus, ob postremam hanc causam dici potest.

2^o) Scholiastae et glossatores, quorum opera non tantum comu-
nem loquendi usum graecae linguae,
verum christianum etiam in specie
quam optime illustant. Horum pro-
cipui s^o Hesychius et Saeculo IV,
Suidas e^o s^o, Phavorinus e^o XV^o,
et Auctor Etymologici Magi, qui
cum fine Saeculi VI, aut initio VII,
et Auditorum Opinio, vixisse de-
bit. Conf. Herm. h. 14. s^o 2^o.

Denique ad usum loquendi V. F.
in genere, optime faciunt etiam
Versiones Antiquae, eo meliores,
quo antiquiores; - imprimi vero
Syriaca, et Latina Italica, quae par-
tim aevi fere apostolico, partim
etiam lingua pene ipsa et apostolica,
rum adornatae sunt, ac proinde eo
melius linguam et usum loquendi Au-
torum Sacrorum nosse poterant.

Obs. Non deesse praeterea de
 trica recentiori Aetate a Viris
 eruditione summa conspicuis, in
 quibus singulae Voces, phra-
 ses earumque Significationes
 in N. S. Recensitae, seu totus
 usus loquendi illius, tam gram-
 maticae quam dogmaticae etiam
 explicantur. Sed non raro fit,
 auctores eorum plus suae lo-
 gitandi et credendi rationi,
 quam Veritati investigandae
 in expositione earum, indulge-
 ant. Quapropter non negligi-
 me cum Cautione in operibus
 utendum, ne dum Veritatem qua-
 erimus, Meras Opiniones aut
 preconceptos errores invenia-
 mus et amplectamur, idque eo
 fortius, quo Major est Auctoris
 celebris, et quo facilius indu-
 cimus, ut eorum Auctoritate duca-

§. 30. *Usus sanctorum.*

Sum igitur in N. T. triplex quasi
 usus loquendi occurrat, Sæpius,
 que dubium Interpreti incidere que
 at, quinam potius, et illis sequas,
 dus sit, — iuverit ad sequentia scri-
 ptura, quo sæpe rem cum certi-
 tudine determinare possunt, recur-
 re, et quidem —

10) *ctd* *Contectum*, *Consilium*, ce-
 teraque *Adiuncta* *Orationis*. Sum e-
 nim sensus, qui *Contectui*, *Cæteris*
 que *Adiunctis* non convenit, ma-
 nifeste falsus sit, apparet eum
 hunc loquendi esse ubique sequen-
 dum, e quo sensus cum *Contectu* re-
 liquis que *maxime* *Consentientis* de-
 duci potest. Sic *ctd*. XII, 20. *Voem*
Epistolarum et *usu loquendi* *Græcos* esse
Explicandam, seu *pacem* *politiceam*,
 e *Contectu* *ipso* apparet.

20) ad principia quae traduntur et loquendi formulas, quae nonnunquam aperte indicant, unde eipofitio fit petenda. Sic Luc. XVIII 36. Eipim ipm est Consuetudo Iudeorum salutandi formula.

30) ad Notitias historicas, quae idem subinde docent. Sic et historia de descensu et Spiritu in eipofitolos, apud Iudeam in Act. eipofit. II, 1-4. intelligitur, quidnam significet, et quo sensu, phrasij, eipofitus recurrens: *πρωτοαι, Δαδεν*. Ita etiam et cognitio more Christianorum Eucharistiam celebrandi intelligitur, et quonam usu eipofitanda sint *αγαθαι* apud Iudeam. v. 12; dum scias hanc vocem et usu quodam et hebraeo tantum Amorem et caritatem designent. - Duo referri potest etiam Notitia historica, an aperiatur in quam quaedam, aut solam hellenisticam subvertit, necne.

Obs. 1. In loco ipse videtur mo-
 nere etiam quaequam de causis
 in comparatione expressionum grae-
 carum cum phrasibus orientalibus
 observandi, eoque utilius, quo so-
 pius aut novitatis studio, aut eru-
 ditionis ostentandae gratia in hac
 materia peccatum fit. Inare in
 ejusmodi comparatione cavendum est

a) Ne comparatio ejusmodi ci-
 tra necessitatem instituaturs; ad-
 se autem necessitas censeatur, si
 expressio graeca sensum non satis
 commodum praebet.

b) Ne Orientalismus facile ad-
 mittatur, qui nulla versiones
 orientales confirmatur. Etenim si
 expressio ejusmodi vere orienta-
 lis esset, fieri via posset, ut ea
 ab aliquo et tot interpretibus
 orientalibus observata haud fuerit.
 Sic adjesivum ἀγρός, Matth. XII.
 36. perperam et Arabice lingua
 explicatus per mendac, calumnia,

torius, imo et Placidius, qui
 eandem significationem Confir-
 re putatur, suffragari est, quia
 mirum nulla versione Orientali
 hae significatione confirmatur.

c) Ne et ejusmodi Comparatio
 ad significationem admittatur, quae
 Neque in Versione Aled. Neque
 in caeteris, Syriacis, Scriptoribus
 invenitur. Sic מאצאפה apud
 Luc. XIX, 26. perperam cum heb.
 צרור (Chereb), quod tam gladium
 quam cultrum significare potest
 quatenus posteriori hanc Cultri
 significationem Vocabulum hoc
 apud Seros Scriptorum nunquam
 habet.

d) Ne inter loquendi formulae
 Comparatio admittatur, quae
 non omni ex parte aequalis sit
 male enim ferus a significatione
 unius ad significationem alterius
 concluditur. Unde phrasis, Matth.

xxx, 32. "Venire in Via iustitiae"
 Male comparatur cum phrafi:
 "Venire cum re possibili".

e) Denique, ne Comparatio ad-
 mittatur, quae Orientalismo aut
 valde raro innititur, aut voca-
 bulo inverse significationis. Unde
 male illud, Matth. XXVII, 5, "ad"
 3072 ad (se se suspendit, de Juda) Com-
 paratur, cum Chaldaico שׁוּב (Schub),
 ut significatio se se precipitem a-
 gendi ad Conciliationem huius loci
 cum Act. I, 18. excusatur.

Et Contrario vero, Comparatio
 inter graecae et orientales expres-
 siones, non modo non deprecanda,
 sed quam malime probanda erit,
 si modo modo nominatim vitij Care-
 as, manifesta fit, et sponte qua,
 si sua sese offert lectori.

Obs. 2. Praeter sermonem ex phi-
 lun N. T. insuper ex fasa septuaginta,
 quo per deubsum Voculorum fu-

bierit, nosse oportet. In quo tñ
 objeto ita versabimur, ut pr
 mo de Archetypis, dein de fo
 t; textus, tam quoad materia
 idest Verba et sententias, quæ
 vero formas, in characteribus
 divisionibus, interpunctionibus
 et auctibus, pertractemus.

Caput IV.

De fatis veteris Librorum N. I.

Articulus 1^{us}

De Aegyptiis.

§. 31. Materialia ex editio libro-
rum originalium in Antiquitate.

Veteres calamo scribebant et a-
tramento. Materia autem, qua ad
scribendum usebantur, proprie erat
papyrus, seu charta Aegyptiaca et
coctae papyri confecta, quae, quo-
niam leuiori pressis comparari so-
leat, Membranae proferrebat.

Charta papyracea non eiusdem
qualitatis erat; melior dicebatur
hieratica seu sacerdotalis, confusa
benis faris codicibus destinata.

Augustus curauerat fieri census
rem, quam postea omnes Romani,
ex qua Augustea dicebatur. Seun-
di generis erat charta Livia, est
charta hieratica tunc temporis etc.

Auum accusabat locum. Cum autem
 charta Augustea nimium subiecta
 corruptioni admodum obnoxia foret
 eam Claudius solidiorem fieri curavit,
 et charta Augustea epistolarum
 tantum conscribendis reservabatur
 dum e contrario historica facta per
 lidiori chartae demandarentur.
 Sed ex illo Codicum genere, cui papyrus
 inseruit, nulli hodie superstiti
 antiquissimi autem nostri Codices
 sunt membranacei, seu in pergamena
 descripti; recentiores in charta
 bombycina. Plura de his vid. in
 Arch. Publ. Part. I. Cap. V. §. 87 seq.

Paucissima vero ex Veterum
 Monumentis erant idiographa
 seu propria Auctoris manu descripta,
 plerumque enim Opera Manu-
 cipiosum aut libertorum suorum scri-
 bebantur, quibus opera sua ad cala-
 mum dicebant. Hi vero erant,
 aut Parchygraphi, etiam Amanu-

caes et notarii, — Aut Calligra,
phi, etiam librarii et bibliogra,
phi diti; quorum postremi Monu,
menta posteritati transmitters,
da describere debebant, — aut Revi,
sores, qui scripta revidebant et
emendabant. —

Atque hoc modo forte magna pars
librorum N. T. in lucem prodit.
Paulus in epistola ad Gal. tanquam
singulare aliquid profert, quod
propria eam manu scripserit, et
in Epistola ad Rom. etiam Tertius,
Amanuensis Pauli in hac epistola, su-
am salutationem apposuit.

Scripti Documenti exemplaria
multiplicabantur ope Amanuensis
eum. Editionem vero aliusque collig-
antecedebat recitatio, cuius vesti-
gia deprehenduntur in Anonymi
Dialogo de oratore, (XIII.) post Sa-
citi opera. — Opus elaboratum le-
gebatur in conventu amicorum, qui

posteaquam illud approbarent,
in publicam lucem prodiret, cu-
bant. -

Hi etiam epistolae Christianae
in publicis Conventibus Commu-
nicatae sunt primis Christianis
per recitationem.

Subinde Auctor opus suum alicui
Amico dedicabat, qui dein liber
patronus dicebatur. -

Lucas suos libros dedicavit
Theophilo cuidam, quem upa-
gor (potentissimum, aut opti-
mum) titulo honoris, tunc usque
appellat.

Patroni deinde erat, plura ejus
modi operis exempla adornare
per suos amanuenses, atque, quae
ita exemplaria per amanuenses
multiplicarentur, impediri non
poserat, ne initio statim plura
irreperent menda. Exemplar in
usum publicis in serviebat, in Man-
ibus sacerdotum Conservabatur.

§. 32. Archetyporum jactura.

Autographa N. S., prima vox ac
 esse interdidisse, nemo est, qui du-
 citur; - quoniam autem precise tempo-
 re id contigerit, cum certitudine de-
 terminari non potest. Saeculo adhuc
 saeculo ea superfuisse, ut quidam
 volunt, idoneis argumentis demon-
 strari non potest. Quod enim Tertul-
 lianus, in libro de praescript. cap. 26.,
 ait: In Ecclesia recitari Authentica
 Apostolorum literas, id, docente
 Rodulpho Rich. Simonis, non de auto-
 graphicis, sed de genuinis aposto-
 lorum scriptis intelligendum est. -
 Quod etiam ex silentio Clementis Abbat.
 Prigenis et Tertulliani, qui codicum
 causa universam orientem peragra-
 runt, quin in unum aut alterum
 Archetypum se incidisse restarentur,
 concludere licet, ea tunc temporis jam
 perditam fuisse. Auctoritas, autem

Chronici sic dicit Alexandrini,
 cuius Auctor Petrus quidam Alex-
 andrinus, a Saeculo IV. fuisse fertur
 sequae Autographum Joannis videtur
 scriptur, tamen non est, ut etiam
 dicitur, quem alioquin, qui nomen
 huius Petri, esse. fuerit, aliunde
 haud constat. - Sententia autem
 de Evangelio S. Marci Autogra-
 pho, quod Venetijs, asservatur, a
 bi (Supra §. 26.) commemorata est.

Rationes autem praematurae
 ejusmodi Originalium N. T. pro-
 pes esse possunt. Non tamen est
 1^o) persecutio Diocletiana, ut
 ut olim ~~pro~~ defendebant, nulli
 bi enim hoc crimen traditoribus
 imputatur; alioquin, si persecutio
 ad id, etiam libros se extendit
 destructi; Autographis, ob inter-
 Apographorum Copiam ubique
 radum dilatata, finem suum
 nime assensu fuisset. Caeterum

hypocritis de persecutione libro
 sacrorum, ad exemplar persi-
 cutionis Antiochi Epiphani, in lib
 V. S. efformata fuisse videtur.

Probabilior autem esse potest -

20) Materia Codicum, qualem ad Epi-
 colas scribendas tenuem illam char-
 tam Augusteae papyraceam fuisse
 nominibus supra (3. preced.). Tale
 exemplar, tam obnoxium cor-
 ruptioni, si per manus fidelium vel
 aliquot decenniis versabatur, atque
 iam ad Severi — ex Caracalla
 tempora pervenisset, longiori jam
 tempore detritum, tandem perire oportu-
 miter debet.

30) Hesperia quidem documenta
 Charsae solidiora, ut vidimus, man-
 abantur. At, quum Pachygraphi
 Codices suos transmitterent Calli-
 graphis, hi vero revisoribus (Ius-
 tinae Gordi), etiam profecto eo, quod

plures hujusmodi codices, tam
elegantes, quam correcti, sive
unum plurium Coetuum, sive pro-
vatorum, Confusi fuerint, - di-
dum tñ erit, aut nullum, aut
multa fuisse originalia; quia
enim hisdem qualitatibus singu-
li instructi erant, unus Colde-
alberi proferri vix potuisset.

40) Etiam praeterea causa est
poterat incuria primorum Chro-
stianorum, qui, quamvis et Apo-
stolos, eorumque discipulos, et
vini verbi haberent interpretes
de autographis conservandis mi-
nus solliciti esse poterant.

50) Denique quia Collectio om-
nium scriptorum N. T. non nisi tardi-
us et successive facta, unde egestas
lae ad specialem Ecclesiam aut pro-
vatas personas directae facilius
perdi poterant. Collectio vero illius, au-
tographorum minime tanta necessitas est.

forte etiam divino plane consilio
 factum est, ut ipsa Autographa s.
 no deperderentur, ne quis casu fu-
 roripitio litorae adhoreret; alioquin
 deperditis, Scriptura tñ sacra nihil
 passa est detrimenti, apographis ma-
 nuscriptis integram nobis textum d-
 bentibus. Certe etiam phristam ex et
 populos videmus haud dedignatos
 fuisse, ut ex versione plane citata
 depromerent, nihil inde detrime-
 in verbum Dei et originalem scri-
 pturae seltum redundante.

Articulus 2^{us}

De falsis seltus librorum N. F.

§. 33. Variantes Lesiones.

Pro forse reliquorum omnium li-
 brorum, menda librorum in s. quoq
 N. F. libros apographos irrepsisse mi-
 rum plane non est; alioquin vix co-

gitari posset, quomodo hi libri
 antiquissimi, quam a diversi gen-
 rit hominibus, doctis indocisq[ue]
 toties descripti, foli ab ea forte im-
 munes manere potuissent, nisi em-
 p[er]ualem dei providentiam deus
 ramus, quam vero minime recepim[us]
 riam putamus. Nihil autem in Ca-
 nus varietate, hae fere omnes ep[isto-
 modi sunt, ut nihil cum rebus
 dei habeant commune; tantum ab-
 est, ut variae hae lectiones verit-
 tati et certitudini obsint, ut pro-
 sint potius quam plurimum. Et haec
 enim ipsa Manuscriptorum Codicum
 conditione, eos a variis hominibus
 scripto mandato, et adhibito, hodie
 totidem septium adinstar esse, fere
 le quivis animadvertet. Quorum, quod
 in re gravissimi momenti, qualis
 ea fidei est, mira sit consensio, et
 tissimum inde pro fidei veritate
 fluit argumentum, quod n[on] parum

robore amitteret, si omnes co-
 dices in singulis vocibus ubique
 sibi conferrent. Enimvero non le-
 vis suspicandi ratio foret, Codicum
 manuscriptorum ad unum idemque ex-
 emplar omnes descriptos, prout
 corrumpendi locum fuisse. Conf. eti-
 am supra §. 15. uberius autem infra
 Cap. VII.

§. 34. Recensiones sextus.

Textus graecus N. T. Variantibus
 Recensionibus et ipsa Antiquitate vi-
 tiatus fuit. Vulgaris Editio (n. uovm
 "Eudoors) jam secundo Ecclesiae sae-
 culo plurima menda contraxerat,
 beati Clemens Alex. et Origenes sepa-
 ratim, atque et seorsum citati, Gri-
 corum illius aevi cum Codicibus
 graecis antiquissimis, cum versio-
 nibus, et cum citati Patrum Compa-
 rati manifestum fit. - Et gemino
 autem exemplari vulgaris editionis,

qualem in celebri Codice Cantabrigie
 gent. e Saeculo VI^o habemus, atque
 sed versione Syriaca, Codici illi
 quam simili sed minus vitiatam
 liquet, causas mendorum textus
 graeci, salva semper manente
 ejus substantia, prociquas
 ipse, et proffiones clariores et
 plicationes, loca parallelam alio
 rum Evangelistarum, a lexicis
 studio credendi s. libros cla
 riores, primo in Margine aut
 supra lineam annotata, quae
 dein ab imperitijs et incuris
 manuenfibus textui ipsi inserta
 ta fuerit. (I. Periodus.)

Medio autem Saeculo III. Origenes,
 Hesychius et Lucianus
 menda haec e textu graeco, cum
 purioribus Antiquioribusque
 Codicibus collato, edisserunt,
 novasque textus graeci editio
 nes curarunt, quae per Aegyptum
 plun, Syriam, Phraasiam, et Asia

minorem, per provincias item
 palosinense, quae mediae quae
 si inter priores jaent, prope
 gatae fuerunt. Atque ita sedem
 grecum, corinthum, longe haecque
 invaluit. (II. Periodus.)

Successa vero tempore, etiam
 in has vicepciones nonnulla men
 da, via t^o substantialia irrepp
 runt, amantibus lesionibus
 Editionis vulgaris, glossas
 parum, nosaque marginales
 eis insipientibus. At tot ac tan
 ta haud fuerunt, atque et collo
 catione veterum Codicum, Versio
 rum antiquarum, aliorumque
 documentorum facile dignoscun
 tur. Sedem etiam grecum, quoad sub
 stantiam, integer conservatus, fu
 it, tum in Codicibus Siciliome
 tria Euthali. Anterioribus, tum
 in Codicibus estinera Siciliome,
 tria confectis; de quibus nos infra.

§. 35. Forma litterarum, et

Libros N. I. per Calligraphos
 teris uncialibus, usque Antiquis
 tus quadratis necisque, - Scripsit
 autem Major oblongis et obliquis
 scriptos, - Minor, vero caracte-
 res fere tantum a saeculo III. au-
 ct. Communiter receptos fuisse,
 fere omnium eruditorum opinio
 est. Caeterum, qualiscunque
 erit Antiqua scribendi ratio,
 libris in N. I. uncialibus littera,
 diutius conservatas fuisse, Co-
 dies et Evangelistarka et Sa-
 culo III. ostendunt. -

Una parvo continuatione
 nullo inter Voces Delicito inter-
 vallo, scriptos fuisse libros
 ros, et Antiqua scribendi ratio
 et Varietas, lectionis et Diversa
 vocum distinctione orta Conducit

Sunt tñ, quod antiquam scriben-
 di rationem assinet, quaedam pri-
 vata documenta, in quibus vocu-
 intervalla observantur. Imo pri-
 scos homines sententias quandoq;
 per intervalla ab invicem sepe
 colligimus, et Aristotele, lib. III.
 de Arte Rhet. Cap. 8, et Ciceronis,
 de Orat. lib. III. Cap. 44, 45, - quibus
 tñ non obstantibus certum est, in-
 intervalla haec non omnibus fuisse
 observata.

§. 36. Divisiones in capita et
 Divisiones librorum N. S. ab anti-
 quissima Aetate fuisse instituta,
 tas plurimi putant, idque factum,
 vel in usus privatos, vel
 potius, partim Commoditate rei
 ad publicas lectiones diebus do-
 minicis et festis, partim Consue-
 tudine Judaeorum invitante. Haec
 tñ divisiones haud fuisse filas,

nec ubique receptas, et silentium plurimorum Veterum indicat, et ex nostris Codicibus clarum redditur. —

Iam in antiquissimis scriptis exemplaribus V. S. occurrunt quaedam divisiones, quae vulgo appellantur ἀραρισώματα (lectiones), κεφάλαια (capitula), πρῆματα (dictiones), τίτλοι (tituli), et στίχοι (versus). —

Ἀραρισώματα (lectiones) videntur fuisse longiores s. librorum sectiones, ad instar περιόπων quales hodiernae s. sive κεφάλαια majora. — πρῆματα (dictiones) dicitur agram sententiam constituisse. — Στίχοι (versus) iuxta alios aliquae s. scripturae partes, sive lineae quae certam quantitatem litterarum, continuas serie legendarum, complecebantur.

Simili modo Hieronymus pro-
phetas a se hujusmodi versibus
translatos fuisse, habitaque per
sua rationes descriptos testatur.
Libri hoc modo clarati appellaban-
tur *Συμπίπτες*, quia *Συμπίπτω*, idest
quadam *Σύξω* (per versus) divisi erant
quorum numerus sub libri finem
adnotari solebat.

Quod nostram divisionem attinet
in Capita et Versus; in Capita ab
Hugone Carensi, vel secundum alios
a Stephano Langton Episcopo Cantu-
ariensi, vel forte ab utroque, saeculo
XIII. — quod versus vò a Roberto He-
phano Typographo Parisiensi in e-
ditione sua Vulgatae de anno 1551.
profecit esse constat. Haec, li-
cet eam fere omnes redarguant, eo
quod non ubique aptissima sit divi-
sio, in citando tñ d. textu perquam
commoda est, quum prim, vel solum

allegatio generatis, vel singularis libri, vel certae periphraſis a persona, loco, aut re in illius occurrence nomen habentis usitata fuerit.

§. 37. Interpunctiones, spiritus

Non aliter etiam de interpunctionibus, spiritibus, et accentibus statuendum est. Haec enim quocumque demum tempore inventa sint, in Codicibus tamen N. E. non nisi Decentioribus inveniuntur, et ab Auctoribus sacris forte nusquam usurpata fuerunt.

Uo adhuc Saeculo nullam interpunctionem in libris fuisse, et testimonium Augustini de Civitate Dei et generatim Multiples Varietas Scripturarum Veterum in conjugendis, et separandis verbis sacris testatur offendit. Aristophanis Auserunt Byzantini (200 anni, ante aet. vulg.)

interpunctionem, et si Magister
 Grammatici probarent, a libro,
 in neglectam fuisse omnes fer
 Codices perveniunt.

Spiritus et Accentus tum demum
 Scribi coepisse putant, quum de
 et antiqua pronuntiatio peri
 clisaretur, adeoque saeculo IV. In
 antiquis Codicibus Manuscriptis nul
 lus signorum ejusmodi usus ap
 parat; ea quo consequitur, ut
 quum Codices Recensionis aut scri
 ptis aut editis, vel divisione, vel
 interpunctione, vel Accentibus
 et Spiritibus Varietur, ea non tam
 elusionis quam interpretationis
 Varietas fit; - nec ulla debeat
 esse religio, ab his, ubi necessitas
 postulataverit, impedire in inter
 pretatione; sine necessitate vero
 aut et vero principio immutari
 eam, eo minus probari potest, quod

nonnullae earum interpunctionum
forte et ipsa descendunt traditione.

Ut autem necessitati, tum
pudicique publicae, tum etiam
privatae occurreretur, Eusebius
huius Diaconus Alex. Saeculo
interpunctionis loco divisionis
verborum — (κατὰ στίχους) per versum
quae στυλοπέδια dicta est, fuerit
dum quam tot verba, ac continua
a voce legi debebant, in eadem
nea ponerentur, ad normam libri
rum poeticorum V. S., — invenit
quae tam late diffusa fuit, et
et hodie Codices Stichometrici
Amnium provinciarum ac recen-
sionum superfiunt. Quosum huius
pat; Maxime ipsos Stichos non
observent, eorum tamen aut prope
sunt numerum sub finem cuiuslibet
libri recedent; quo modo et
aetas ipsorum Codicum intelligi
tur. — Cum autem haec scriberetur

ratio volumen exemplaris nisi
 no augetur, deinceps ad lueran-
 um spatium, quin Stichi Omis-
 rentur, textum quidem Continuum
 serie scribere resumerunt, sed
 post quemvis Stichum signum quod-
 dam, uti punctum σ , appositum
 fuit, ut dignoscerentur. - Donec
 eum Siculo H. aut K. Continuum,
 et legalis interpunctio succes-
 sive introduceretur.

§. 38. Inscriptioes & subscript.
 Quomodo apud veteres per
 omnino usitatae fuerunt inscripti-
 ones voluminum, ita quoque in codicibus
 profusa leguntur singulis libris N.
 ab ipsi Auctoris, sacri profecta
 non esse certum est, idque sum e
 testimoniis partium Antiquissimorum,
 Perulliani (adv. Marcion. lib. II. cap. 2.)
 Chrysostomi (hom. 1. in Matth. prof.) σ

tum etiam ex ipsa eorum in
 versis codicibus diversitate
 indole; plura enim in eis obve-
 nunt, quae ab auctore scripta
 ipse nemo facile elissimaverit,
 uti, Pauli apostoli Epistola ad
 Corinthios prima; et, Apocalyp-
 sis Joannis Theologi; quatenus
 nec Paulus facile scire poterat
 an etiam secundam scripturam
 ad eopem epistolam, nec Confessio
 theologi et aere apostolico
 descendit. Cuiusmodi des-
 crinatum quidem sit, an inscrip-
 tionem, ^{he} occasione prima scripturae
 cum sacrorum, sub nomine Evan-
 gelii et apostoli (Sap. 3. 24. v. 4)
 collectioni, an etiam paulo pos-
 ortae sint. Evangelia quidem
 et Actus apostolorum, saeculo
 edente, inscriptionem, quae in
 nostris codicibus est, vulgata

iam habuisse constat et Iosepho
 (Cort. hds. lib. III. cap. 11), Cle-
 mente Alex. (Strom. lib. V.), et - eo
 modo inscriptiones pene omnium
 Pauli epistolarum seculo circiter
 medio invaluisse videntur. Sole-
 bant quippe patres Ecclesiae veteris
 Marcionem truncare Auctorem Sen-
 tentiae, ac si Epistola ad Ephesios
 Laodicenis potius scripta fuisset.
 Epistola vero ad hebraeos jam inde
 a Pantaceni tempore hoc nomine lau-
 datur.

Subscriptiones autem hanc
 invaluerunt quam Inscriptiones.
 Et illae quidem partim et inseri-
 ptionibus, partim et observatio-
 nibus antiquissimorum N. S. inter-
 presum Originem fuisse videntur;
 in codicibus vero usurpari coeperunt
 tempore, quo Eusebius, Syno-
 pticam Scripturam Chanaanio Polim

tributam in plerisque secun-
 dum eadem fuerat in sua re-
 Actorum et Epistolarum metri-
 ca editione.

Cæterum, de Codicibus et Co-
 tionibus N. S. in specie tractat
 sequenti Capiti; Argumentum
 est. sum enim, utraque ipse An-
 tiquiæ, prout a Sauriæ An-
 tiquiæ et ad hunc est, apographa
 et præiosa veterum temporum
 gata, per quæ facer sedus ad
 delatæ est, utriusque cognitione
 Saurarum literarum studiose
 bus si oportet.

Caput V.

De Codicibus et Editionibus N. P.

§. 39. Divisio Codicum.

Codices N. P. manuscripti va-
rio modo distingui solent; ex qui-

10) Ratione temporis in Codices
antiquae, mediae et recentioris ae-
tatis. Codices et saeculis VI, VII, aut
VIII. ad Antiquos, - reliqui ab VIII.
saeculo incipientes ad Me-
diae aetatis; aut recentiores referun-
tur.

20) Ratione loci, in Orientales
et occidentales. Ad Orientales spe-
ctant Codices in Ecclesiis orienta-
libus per Aegyptum, Syriam, Asiam
minorem et Graeciam usitati ac
descripti; Ad occidentales vero
qui in Ecclesiis occidentalibus
per Africanam et Europam belum

plerumque Vulgatae Latinae
sionis, expriment aut sequuntur

30) Ratione personarum de-
bensium in Ecclesiasticis Criti-
cos, et in simpliciter tales. Pri-
orū generis sunt, quorum librari-
ū, eruditione valuit, atque in
pluribus, usque diversis, lectioni-
eā selegit, quae sibi pro-
seri, verisimilior videbatur

40) Ratione linguae, in unius-
ques et bilingues. Illi non mi-
unicum hebraicum, Graecum, ha-
bent, - hi vero, praeter ipsum he-
braicum, etiam versionem aliquam
habent adjunctam.

50) Ratione usu, in Ecclesi-
cos et privatos. Priorū ratio
integrum N. T. sedum Comple-
ctuntur, sed aut Evangelia tan-
tum, aut Epistolas et Actū Ap-
stolorum exhibent; unde tales
dicit etiam Evangelistaria, et

et quia lectioni publicae de,
 scriptis erant, etiam lectione,
 ria dicebantur.

Obs. Sunt qui distinguunt Codi-
 ces in adriam, latinicantes, a
 pure graecis. Inter illos numerant
 omnes Códices, qui cum latinis ver-
 sionibus magis conveniunt. Nec
 defunt, qui existimant hunc
 aliosum e Códicibus latinis inter-
 polatum fuisse, idque non et
 aliis rationibus, quam quod grae-
 cy textus cum latina congruat
 translatione; quae in ratio
 adeo levis est, ut nulla leviore.

a) Enim, et eo, quod graecus
 textus nonnulorum Códicum est,
 in locis latinis Códices sequen-
 tes, non modo Códicem graecum
 ad latinum corruptum fuisse
 inferri non potest, - ut potius
 inde concludere liceat Códices

istos graecos antiquis illis
respondere, e quibus latina
vestis fuit adornata.

b) Repugnat ea opinio hi-
storicae; non modo enim, e. g.
Damascy Pontifex ab Hieronymo
mo petuit, sed solum latine
iuxta graecos Codices emendare
— sed citata quoque Patrum la-
tinorum multo frequentius iuxta
graecum quam latinum Codices
facta sunt.

c) Michielij testatur, quod
Copiosius haec de re disseruit,
Codices hos latinizantes, ut ipse
tenduntur, si accuratius exami-
nentur, tales esse, ut appareat
latino potius e graeco fuisse
correctos, quam graeco e lati-
no corruptos. Ad quod in
cie perhibent de codice Cantabrigiae
et alij.

2) Denique, maxima locorum
 pars, quae in nonnullis Codicibus
